a X posuisti. mān. idē ēt si amisiſſz digitos: pp q̄s impediret ad frāgēdū eucharistiā. j. de cleri. egro. presbyterū. et. ff. de edi. edic. si bois. secus si nō impediretur pamissionē digiti. s. c. c. i. §z ꝓpter carētiā dētis nō impedīr tur nec dr mor

bosus.ff.de edi.edic.cui dens.

a Enormi.secus si pro minori.ꝑ.e.c.i.ꝛ.ii.

b Defectu.i.irregularitate.

c Promoueri.q2 abbas oz cē sacerdos.ut.ꝑ.de eta.ꝛ qua.c.i.

d Tacuerit.ordinādus enī ipedimētū suū teneꝫ ꝓdere.l.di.ex penitētibus.ꝛ lvi.di.q2 simplr.ꝛ.liiii.di.si seruus. Sz quare iste remouetur ab abbatia: si dicis ꝓpter irregularitatē: ōdicit.ꝑ.de eta.ꝛ q̄li.tuā.ꝛ.xvi.q.i.legi.ꝛ.l.di.accedēs.ar.dixit io.q̄ potius remouetur ꝓpter scādalū q̄ ꝓpter irregularitatē q̄ō non credo: imo irregularitas sufficit ad remotionē: ꝛ q2 hoc tacuit frauduléter ꝛ abbates de iure debēt ad ordies ꝓmoueri: alīs si culpa sua ipediuntur repellunt.ꝑ.de eta.ꝛ qua.c.i.ꝛ c.illud accedēs.nō dicit q̄ ille sit abbas: sed sollicitudinez in monasterio oz bēre: puta syndicus vel cellerarius potiꝰ ad laborē q̄ ad honorē decre.illa tuā.que vī cōtraria: logtur ō dispēsatione ꝓpter necessitatē: q̄ abbas talis debeat cē sacerdos.est ar.ꝑ.de elec.ne pro defectu.ibi equiparat regularis ꝛ cathedralis ecclesia. vñ vī q̄ sit nomē honoris ꝛ nihil ominus oneris ꝛ laboris. vñ dicit Grego. oē.n.q̄ō hic est: plus afficit meroribus q̄ honoribus gaudet.xiii.di.nerui

e Thomas. deformitatem. modica enī difformitas nō ipedit: qualis hic fuit.ꝑ.e.c i. si enī magna cēt difformitas ut totū digitū vel pollicē ꝓdidisset nō ꝓmouereꝫ.j.de cler. egro.pbrm.de hmōi deformitatibus nō ad intelligētiā huiusmodi tituli q̄ quidā sūt cō pore viciati spōte: quidā casu. si sponte distiguo: aut nulla iusta cā intercedēte ꝛ tūc ordiandus repellitur: ꝛ iā ordiat⁹ deiicit.lv.di.que parte.ꝛ.c.si qs a medicis.et.xxxiii.di.maritū: aut iusta cā intercedēte tūc nō ꝓhibet ab ordine puta timore lepre vel aliqua cōsimili cā.ꝑ.e.ex parte.ii.nisi generet difformitatē: q2 tūc in omni casu repellit.ar.lv.di.lator.ꝛ.c.si euāgelica.ꝛ.ꝑ.e.c.pxi. Si cāu in magnis mēbris siue corpulētia sive dignitate repellit ꝛ deiicit si deformitatē generet.lv.di.si euāgelica. i puis vo mēbris nō ipedit si deformitas modica sit: ꝛ sine culpa sua: ut hic. si vero culpa sua in talē modicā deformitatē incidit de misericordia etiā tolleratur.ꝑ.e.c.i.

f Tbigami.supple statuim⁹: ꝓpter istud vbū bigami ꝛ repudiatarū mariti solum facit ad titulū.

g Penitētes.soleniter.l.di.ex penitētibus.lxi.di.nō ꝓmoueantur.

h Nō ascēdāt. ꝓpter defectū sacrameti.j.c.c.debitū. vbi de hꝫ sacro traditur Ap eo.bigamis.s.ordinatis.

i Officio.i.prinādi sunt potestate et officio cōferēdi similes ordines. sic.ꝑ. de tēpo.or.litteras.ꝛ.c.dilectus.

l In bigamis. vere vel interp̄tatiue. vnde dī bigamus qui castitatē ꝓmissam violat.xxvii.q.i.quotquot. Itē qui ꝓxit cū vidua vel corrupta.xxxiii.di. maritū.et.j.e.debitū.ꝛ.c.a nobis. Itē qui vnā de facto ꝛ alterā de iur habuit diuersis tpibus.j.e.nup. Itē qui scienter cognouit vxorē adulterā.xxxiii.di.si cuius ꝛ.c.si laici. isti oēs bigami reputātur interpretatiue quātū ad legē ꝓmotiōis. Quidā vo ꝓpter defectū sacrameti ut mariti viduarū ꝛ corruptarū: ꝛ qui sciēter cognouit vxorē adulterā. Alii vero nō propter defectū sacrameti: sz propt affectū intentiōis cū opere subsecuto. ut.c.nup.et.c.a nobis. Itē ille vere dicit bigamus q diuersis tpibus successiue habuit vxores duas.xxvi.di.deinde. et c.acutius.et isti nō promouētur propter sacrameti defectū. de quo dicetur.j.e debitum.

m Dispēsare. sed ꝺ.xxiii.di.lector. vbi dispensat ut bigamus subdiacon⁹ fiat: sed ibi ostendit.m.q̄ liceat pape aut aliis epīs.ſ.dispēsare cū bigamo vsq3 ad subdiaconatū ꝛ nō sup̄q̄ō nō est cōtra apostolū p hoc.c. probibitio apostoli ē de diacono pbro ꝛ epo ꝛ nō de aliis: q2 subdiacōat⁹ nō erat adhuc sacer ordo. R. dixit q̄ marcell⁹ papa retulit se ad statū primitiue ecclesie i quo subdiacōatus nō erat sacer ordo. lx.di.nullus. Quidā dicebāt q̄ epī olī poterāt dispēsare cū bigamis in ordinib⁹ maioribꝰ hac rōe: q2 epī dispēsant cū crimiosis.j.de iudi.at si clerici.ꝛ tñ apostolus ꝓbibuit crimiosum ordiari.xxv.di.§. nunc aūt nec tñ dicūtur facere ꝺ apostolū: ꝛ sic eadē rōe cū bigamo: quoꝝ opi. reprobat̄ j.c.nup.ꝛ.c.a nobis. ꝗ. dixit q̄ epī dispēsare nō poterāt cū bigamo vel vidua rū marito.ar.l.di.nō cōfidat. cuius opi. cōfirmatur p illa.c.nup.ꝛ a nobis. Jo. cuz ꝓ tam enormi⁹ defcu⁵ ad sacros nō possit ordines ꝓmoueri ꝛ in ꝓmotione sua id tacuerit fraudulent ab abbatie officio ē ñ imerito amoued⁹. H Ono.iii.epo eugolisiñ.

Thomas monachus ꝓposuit q̄ cū i ānis puerilib⁹ eēt cōstitut⁹: quedā barra ferrea sup dextre sue pollicē fortuito casu cadēs vnlaz auulsit ab eo. Quocirca māda/m⁹: quatenꝰ si ad frangēdū eucbaristiā sit in pollice ipso potens: ꝛ aliō canonicuz non obsistat: propter deformitatem buiusmodi non dimittas: quin eum ad ordinem promoueas sacerdotis.

De bigamis non ordinādis.

Ex concilio aurelianensi.

Vt bigami penitētes⁹ uel repudiataꝝ mariti ad sacerdotiū ñ ascēdāt. Lucius. iii spal. archiepiscopo.

Suuer eo quod tua fraternitas de bigamis reqsuit: rñdem⁹ q̄ ordiatores eoruz ptāte ꝛ officio ordinādi ꝛ ordinati si ad sacros ordines fuerīt ꝓmoti: ideo eis sūt prius ordinādi: q2 i bigamis ꝓtra apostolum dispēsare nō lz: ut ꝺbeāt ad sacros ordines ꝓmoueri: uel in eis si promoti fuerint remanere: in ordinato re aūt pōt dispensatio adhiberi: vt ordinādi ptāte ꝛ officio nō priuet.

De Celesti.iii.

Ebigamis pbr̄is ꝛ viduaruz maritis idez sancimus oīno: ut nec viuētib⁹ vxoribus: nec defūctis⁹ ad diuinoruz debeāt celebratiōem admitti: maxime cū a doctria sit apostoli ꝛ institutiōibus eccleſie alienū

I Ono.iii.ratistam.epo.

Nuper a nob: ꝛ infra. Tertiꝰ articul⁹ videbat̄ hr̄e non modicū qōnis: quoniā cū i mr̄imoniis cōtrahēdis⁵ nō iuris effect⁹⁹: sz animi destinatio attēdat̄: vnde illuz comitat̄ infamia: qui duas⁵ simul vxores bz: q̄ partim ad factuz⁸ cōuenit retorqueri: sicut in canone legitur de pbr̄o: qui non legalib⁹ᵛ nuptiis detinet̄: eadē censura tales⁷ videnꝫ inter bigamos reputandi: licet obuiet ex aduerso: q̄ opinioni sit veritas preferenda: ꝛ q̄ iuxta premissa: qui nullaz vxorem bz: foret bimus reputandus: quod ꝓtingeret si quis de facto cōtraheret cū diuersis: quib⁹ de iure nō posset mr̄imonialit̄ copulari. Nos aūt in hac qō ne.t.rñ. q̄ cū huiuscemōi clericis: q quātū i ipsis⁵ fuit scōas mulieres sibi mr̄imonialiter ꝓiunxerit tāquaz

propriū bēat vel cōtin ētiā abiiciat.j.de sta.mo.cū ad mōasteriū.mlto minus videtur dispensare posse cū bigamo. vnde opi. R. bona est et lz iste.b.dubitet videtur tñ ꝓsentire ne videatur diminui potētia pape q̄ possit dispēsare cū bigamo. tñ hoc q̄ō dicitur bigamus i quo cūq3 ordine ordinetur recipit ordinē. ar.l.di.quicūq3 penitēt.ꝑ.q̄ō.c vī q̄ cū bigamo dispensare possit: sed illud tm̄ intelligitur de minoribus ordinibus.

n Sacros. diaconatū ꝛ pbr̄atū qui duo tm̄ sacri fuerūt ꝝ antiqua tēpora. lx.di.nullus. hodie idē est de subdiaconatu. ꝑ.de eta.ꝛ qua.a multis.et.ꝑ.de ser.nō or. miramur. vbi dicit q̄ eodē privilegio gaudet cū diacono.

o Jn ordinatore. cū quo pōt dispēsari: p hoc pz q̄ nō cū bigamo ordinato: ut remaneat in ordie vel ut ꝓmoueatur: q2 q̄ō de vno cōcedit de altero denegatur. xxv.di.qualis.ꝛ.j.de presūp.nōne.

p Ebigāis. defūctis. ꝛ ita illud ipedimētū nō pōt purgari p mortē vxoris: q2 nō matrimonii vinculū sed irregularitas ꝓcta ex carnis diuisione est ipedimēto: ꝛ illa nō tollitur p mortē uel p pniam xxvi.di.vna.ꝛ.c.acutius. nec p baptismū ut in.c.predicto.

q Nuper a nobis. terti⁹. alii duo soluūtur. j.ō sen. ex. nuper.

r Cōtrahendis. illicitis ꝛ ꝓhibitis.

s Effect⁹. ut. C. de adul. eū qui. vbi sunt hec vba. si enī aliquis ꝺbat nuptias cū ea cū qua nō pōt de iure ꝺbere infamis est: lz nuptie non habeāt effectū. ff. de bis q̄ not. infa. quid ergo. §. iii. q̄ñq3 magis consideratur effectus q̄ affectus: uel q̄ factū ipm. de pe.di.i.§. hec aūt verba. q2 verba ipsa sūt cū affectu accipiēda. j. de cle. nō resi. relatum ff. de condi. ꝛ demō. hec cōditio. ꝛ.j. de spō. c. vl. q̄ñq3 magis consideratur factū q̄ ius. j. de cōcess. preb. lr̄as. ꝛ.c. cū nostris. q̄ñq3 cōsiderat̄ plus iuris effectus. ff. de cōdi. instī. mulier. §. i. j. de spō. iuuenis.

t Duas. C. de adul. eum qui.

u Ad factū. quasi diceret de facto ꝺxit cū secūda: q2 de iure non potuit. Duas. n. vxores simul bēre non licuit nisi cui ex reuelatōe diuina concessum fuit. j. de diuor. gaudemus.

x Legalibus. xviii.di. presbyterum.

y Tales. clerici. sez de quibus ꝓmo quesitum est.

z Jn ipsis. in maleficiis enī volūtas nō exitus spectat̄. ar. lxix. di. c vl. ꝛ. ff. ad. l. cor. de sic. diuus. C. de ser. cor. si quis seruo.

ꝛ Tanq̄ hic collige q̄ opinio p̄fertur veritati. si. j. de spon. iuuenis ꝛ.iii.q.vii.§. tria. verū si seruus. ꝛ. C. de testa. l. i. ꝛ. xxii. q. ii. boies. ff.

ad macc.l.iii.j.de offi.dele.cozā.et.j.de iurepa.cōsultationib⁹.z.s.de elec.querelā.Sz ꝯ.viii.di.vitate.lxxxi.di.qcūqz.z.j.q fi.sint leg.ptuas.C.pl⁹ua.qđ agi.l.i.ii.z.iii.So.ym ē qꝫ vitas ꝓfer ꝛ opiniōi: qz casualia sunt:ut s.opiniōi poti⁹ster ꝙ veritati:uel i fauo ꝛ ꝓhētiū z odium desipiētiū.ff.ad macc.l.iii.uel in fauoꝛ ꝓlis.j.qui fi .sint le.cum inter ioānem.uel fauoꝛe testamētoꝝ.C.de testa.l.i.uel sententiarū.iii.q.vii.§.tria.v.verū.si seruus

a Cū bigamis.no.ar.ꝓpter similitudinē facti aliquē numerari iter eos de quoꝝ numero ipse non est.xxvii.q.i.quotđt.et.l.di.si ille.ff.man.l.ul.in fi.

b Bispensari.arg.cōtra.j.de cle.cōiug.sane.illa loquitur de eo qui nunꝙ habuit vxoꝛē sed in sacro ozdine contraxit: z iō cū tali dispensare ꝑt Hic loqui vł de eo q primo in laicali habitu cōtraxit z postea factus sacerdos iterū contraxit vnde bigami reputaꝛ quātū ad effectū:licet in neritate nō sit: z sic punitur ꝓpter affectū tm̄ cū opere subsecuto z nō ꝓpter defectū sacri.Defect⁹ cni sacrameti vnitatis ñ est in isto: qz in veritate carnē suā nō diuisit in plures.

c Defectuz. de quo j.e.debitū.

d Debitū. in cōiugio.scilz carnali copula cōsumato.

e Alterum.s.consensus animoꝝ.

f Charitatem.i.dilectionem coniunctionem.

g Reliquum.s.cōmixtio coꝛpoꝝ.

b Conformitatem.i.coniunctionem z unitatem.

i Prothoplastus.i.adam primo plasmatus.

k Caro.xxv.q.ix.fraternitatis.z.j.de diuoꝝ.gaudemus.

l In carne vna.i.in carnali operatiōe ad vnā carnē ꝓcreandā.

m Sacramentū.triplex sacramentū designaꝛ in matrimonio carnali copula cōsumato. Primū est vnio fidelis aie ad deū ꝑ dilectionē et charitatē:z hoc designaꝛ ꝑ cōiunctionē aioꝝ i ipa prima despōsatōe dū aliter ꝑ mutuū cōsensū ꝓsentit: in alterū.et de hoc sacro fit mētio ibi:alterū significat charitatē que ꝓsistit in spiritu inter deū z instam aiam.Secūdū est vnio humane nature ad deū que facta est in vtero virginali ꝑ incarnatiōem verbi dei.z hoc designaꝛ ꝑ carnalē ꝓmixtionē uiri et uxoꝛis:z de hoc ibi fit mentio.reliquū vero designat cōformitatē q̄ cōsistit in carne inter xp̄m z sanctā ecclesiā. Primū est vnio volūtatis.Scōm est nature conformitas.ut.xxvi.di.acutius.de con.di.ii.in xp̄o paſ.vbi habes de cōformitate nature diuine z humane z nō intelligas qꝫ ipse actus coꝛpalis designet hoc sacr̄m sed ꝓpt̄ actū consumatū sacr̄m designaꝛ.Tertiū sacr̄m est vnitas ecclesie ex oībus gentibus collecta z vni viro xp̄o subiecta.hoc sacr̄m designaꝛ ꝑ illuz coniugatū qui vnicū tm̄ matrimoniū seruauit.sed vbi secūdū matrimoniū contrahiꝛ hoc tertiū sacrāmētū nō habet locuz: qz recedit ab illa vnitate que p̄mo signabaꝛ ꝑ vnicū matrimoniū:qz in secūdo mri monio diuidit carnē suā in plures:vñ vnitatē āmodo significare non pōt.xp̄s eni signat vnitatē ex oībus gentib⁹ xp̄o subiectā.ut.c.acuti⁹ sed exquo ecclesia xp̄o se cōiūxit ab eo nunꝙ discessit nec ipse ab ea. ergo bigamus talē vnitatē significare nō pōt.et ideo ꝓmoueri nō potest ꝓpter defectū istius tertii sacrāmēti.duo p̄ma sacr̄a hic exp̄imūtur:ut dictū est.sed hoc tertiū nō exp̄essit in lr̄a nisi loquendo de ipso non iponēdo aliqua verba ꝑ que illud significet.nisi forsitan per illa uerba:nec illa est vnici:nec ille vnus vnius: ꝑ hoc tm̄ notaꝛ recess⁹ ab vnitate:et melius.j.ubi dicitur.nec ille nec ipe diuisit carnē suaz in plures z sic in vnitate remansit vterqz.z ibi vbi deficit inter huiusmodi coniuges cōmixtio carnalis nō deest signaculū huiusmodi sacramenti scilicet vnitatis: vel per illa verba hoc autē dico magnū sacr̄m inter christum et ecclesiā:sed de isto tertio sacrāmēto legitur.xxvi.di. acutius. Sed i quo consistit significatio illius tertii sacramenti.Quidā dicunt qꝫ in ipo coniugio:sed hoc est falsum:qz mortua vxoꝛe cōiugiū definit:et sic nulla esset significatio.Item matrimoniū non consumatū non significat hoc sacramentū ut hic in fi.Est ergo dicendū qꝫ in eo matrimoniū vnicū seruauit clerico facto z ozdine suscepto est significatio istius tertii sacrāmēti. nec est necesse qꝫ talis clericus sit uel fuerit coniugatus:quia auctoritas apostoli oportet ozdinandū esse vnius vxoꝛis virum intelligitur per negationem sic vnius vxoꝛis uirū.id est non pluriū.imo qui nunꝙ habuit vxoꝛē liberius ꝓmouetur quia ab vnitate non recessit sed in vnitate permansit.

n Viduę.i.corrupte: quia lz fuisset vidua dūmodo nō corrupta non ꝓhibetur:ut hic dicit.

o Cognitā.sic pz qꝫ vxoꝛ ordinādi ad hoc ut ille posset ꝓmoueri virgo debuit esse. ut.j.c.c.ult.sed quare exigiꝛ maior castitas in uxoꝛe ꝙm in viro. Qz maritus corrupte si cum ea vna caro efficiatur ꝓmoueri non pōt.xxxiiii.di. ꝓcipim⁹ curandū.si cuius. si quis. z.c. si laici.sed ille qui habuit concubinam post vxoꝛē uel ante ꝓmoueri pōt.ut.xxiiii.di.fraternitatis. Ꝯ.dixit qꝫ vir significat ecclesiā que i parte recessit a christo adulterando recedēdo a fide:et sic in pte virgo fuit:z ideo nō deest significatio sacrāmēti in viro quāuis ñ sit virgo. vxoꝛ uero significat christū qui nunꝙ ecclesiaz dimisit qm̄ ipse est fons viu⁹ cui nō cōicat alienus.j.de regu.lz in fi.de pe.di.i.§.item ut christus ait. Alii dicūt z vł meli⁹ qꝫ vir significat christū qui ꝓmo copulauit sibi synagogā z postea copulauit sibi ecclesiā de gentibus: scilicet militantem in quo sunt boni z mali.et ideo non nocet si vir t non fuerit virgo. Vxoꝛ uero significat ecclesiam triūpbātē in qua nō est macula neqz ruga que semper virgo permansit saltē mente.vnde apostol⁹.despōdi enim vos vni uiro ꝛc.xxvii.q.i.nuptiarū.z ideo exigiꝛ qꝫ uxoꝛ carnē suā nō diuiserit in plures:qđ si fecerit deest in cōiuge significatio tertii sacrāmēti vnitatis.z ita illud tertium sacrāmētū exigitur tā ex parte uiri q̄ ex parte uxoꝛis.vnde episcop⁹ vni⁹ uxoꝛis significat vnitatem ex omnibus gentibus vni uiro.i.christo subiectā. xxvi.di.acutius.

p Diuisit.sic.xxxiiii.di.ualentino.per quod soluebatur hic questio.sic ergo cōsideramus potius rōem z causam quare hec fiant q̄ factū ipsum.z ita is q duxit uxoꝛem a se primo corruptam potest ꝓmoueri:quia ratio z causa non inuenitur in eo quare non diuisit carnem suam in plures. Dicunt quidam non talis promoueri non debet:quia uerum est qꝫ est maritus corrupte.argu. optimū pro eis.xxx.q.v.qualis. Hug.in hac opinione fuit.sufficit qꝫ ita scriptū est ff.qui et a qui.li.ma.nō fi.prospexit.et.vi.q.vii.scriptum est in lege.qđ non credo eadem ratione.et iste de quo quesitum fuit non posset ꝓmoueri:quia uerum est qꝫ fuit maritus vidue z corrupte: quare intelligo quod dicit.c. qualis. quando ab alio corrupta est.z.c.que ad idem possent induci.lxxvii.di.quicūqz z.xxxiiii.di.curandū.et.c.precipimus.

q Quia circa.bigami.s.eo.nuper.ar.contra.sed ibi loquitur quando vtraqz fuit soleniter ducta tanꝙ uxoꝛ:hic uero non:et ibi prima fuit uxoꝛ:secunda uero esse non potuit. Nota mirabile qꝫ plus habet hic luxuria q̄ castitas. ar.xxxiii.dist.fraternitatis.sed contra dicit in auctē.de restit. z ea que parit. in fi.col.iiii.z stulti non debent esse meliozis conditionis q̄ periti.xvi.q.i.legi.epistolam.z.ff.quod vi aut clam.seruus.z.ff.de fur.itaqz fullo.§.i.ratio huiusmodi redditur.s.c.proxime.

r Nobis.viduā.quia cū esset in sacro ozdine cōstitutus cū ea matrimoniū contrahere non potuit.xxviii.di.presbyterū.et.s.c.nuper.tamen licet nō fuerit matrimoniū:quia tamen quātum in ipso fuit cū uidua contraxit cuz eo dispensari non potest contra doctrinā apostoli.s.eo.super eo. non propter sacramenti defectum sed propter uoluntatē quaz habuit contrahendi cū uidua non contenta suis terminis cū processit ad actum licet non habuisset effectum sic.s.eo.nuper.z est hic et ibi argu.expressum qꝫ uoluntas non ꝓtenta suis terminis punitur.z ea que ibi etiam dicta sunt hic possent repeti cū similis casus sit.quare hoc fiat cā dicta est.s.eo.debitum.

s Cum opere.s.carnali.ar.s.c.debitum.z.xxxiiii.di.ualentino.

a Tua nos.statutum.cxviii.di per totum.

b Quinqz.iō eni quiqz exigūt q2 dubitari cōsuevit de sigillo vni9 epi. si.n. de illo cōstaret id solū sufficeret.j.de pba.post cessiōem.vel p testes.j.c. tue.

c Incogniti.exquo cni incogniti sūt explorādū est cuius fidei t innocētie sint xlii.di.quiescamus.t.ff.nau.ca.sta.l.vlt.§.seruoz.

d In suspensione.quod hic dicit intellige de his qui in ecclesiis recipi postulāt tanquā clerici ceterū si tanq̄ viatoēs volunt celebrare secreto ꝓmittendi sunt.j.eo.tue.t argu. de conse.di.ii.non prohibeat. t vii.q.i.episcopi.

e Actibus.nā p act9 sequentes p̄sumit de p̄teritis t conuerso.xxxiii.q.ii.cuz per bellicam.t.vi.q.i.qui crimen.ff.de re mili.nō oēs.§.a barbaris.t ii.q.i.in primis.l.di.si quis diaconus.t.lxxvii. di. quicūqz.

f Dispensari.i. ex benignitate recipi.

g Inter quattuoz.litteris quas habeō dz sp.lxxi. di.c.primatus.t.s.c.px.

h Per argumēta.non dicit p testes vel instrumenta sz p argumēta esse probandū q2 per argumēta siue p indiuia ꝓbāq; sicut p testes.ii.q.vi.§.diffinitiua.ver.nullus homicidarū.t.xxxii.q.i.dixit dñs.xxvii q.i.nec aliqua.t C.de rei vendicia.t.j.de p̄sump.litteris. vel idonea argumēta vocat sigilla episcopoz.cxviii.di.trās marinos.vt.s.c.px.vel sigillū episcopi sufficit si notum sit.lx xi.di.extraneo.t.C.de epis.et cle.siqua p calūniā.in fi. sed si perdiderit instrumentū ꝓbet amissiōem t tenorem ipsius.t q̄ sine vicio fuerit.j.de privil. cum olim.in fi.vel per testes.j c.pximo.

i Suscipere. nisi vt hospites vi.q.i.episcopi vel presbyteri. t de consē. di.ii.non prohibeat.t.xlii.di.quiescamus.

k Te fraternitatis. commēdaticiis. vel etiā dimissoriis.lxxi.di.c.pe.t.vlt.t xix.q.ii.due sunt.

l Testes.vel p alia legitima argumēta.s.c.px.ar.j.de p̄sūp. litteras.t de cōuersatiōe ipsi9 primo debet cōstare.s.c.px.

m Canonica .i. sm ordinem ecclesie facta.s.de sū.tri.c. firmiter.in fi.

n Secreto.q2 tūc nullū periculum fit alicui nisi sibi: sed si publice celebraret populo tūc periculū cēt: vt si non cēt sacerdos populū tūc deciperet.xlii di.quiescam9.t.j.de cele. miss. de homine.

o De nobis.institutiōibus lxxi.di.c.i.t.ii.t per totaz di.t.lxxii.di.per totū.t.C. de epi.t cle.in ecclesiis.sic de aliena ecclesia nō est assumendus prelatus dum reperitur idoneus in eadem.lxi.di nullus.

p Ex dispensatiōe.nota ar.q̄ nullus potest eligi de aliena diocesi: sed tm debz postulari: quia institui absq; scia episcopi remouētur nisi cum eis voluerit dispensare: t sic per solam dispēsatiōem de aliis episcopatibus instituuntur.t est h bonū ar.pro opi.illozum qui dicūt q̄ semper prevalet electio de gremio ecclesie alii electioni facte de alia etiā si sit facta a miori parte.de boc dixi.s.de elec. cum inter canonicos.

q Vt archidiaconus.vicariū.t ita habet cognitiōem et inrisdictiōem exquo vicari9 est.C.de offi.vica.l.ii.t.j.de of.vica.c.pe.et.xxv.di.perlectis.ar.in auc. de defen.civ.circa prin.col.iii.

r In vrbe.ar.contra.xxv.di.perlectis. So.licet quedam ptineant ad officium archidiaconi primicerii t thesaurarii.vt ibi dicitur.tamen preordinatoz est in

De clericis peregrinis.

Alex.iiij.ceñ.epo.

Tua nos duxit.f.cōsulendos quid sit agēdum de clericis qui in remotis regionibus ordinati litteras eorū ostēdūt a quibus sibi ꝓponunt manus impositas: t vtrum episcoporum sigilla sint que repūtāt incertuz existit. Et igitur consul.r. tutius esse ut in his statuta patrum ueterum obseruentur: quam nouuz aliquid statuatur: statutuz aūt est de transmarinis: vt ad minus quinq; episcoporū super ordinatiōe sua testimonio muniantur: quod in alijs si similiter sunt incognit credimus obseruandū: ita tamē vt in suspensione aliquanto tēpore habeāt: in quo plenius de actib9 instruant ipsoruz sz t de inferioribus ordinibus inquiroz: q2 posset ꝓtigere vt aliquibus pretermissis saltuz fecissent. His autez pactis si digni inuēti fuerint: circa eos poterit dispensari.

Ilno.iij.ꝓstātiopol.pīarche.

Iter.iiij.t ifra. Utruz clericos ad te sine suorū ordinatorū lr̄is uenientes t offerentes iuramētuz q̄ sint in quouis ecclesiasticoruz ordinū ꝓstituti: debes ad superiores ordines ꝓmouere. Inq.t.t.r. q̄ nisi de ipsoz ordinatiōe canonica per idonea tibi ꝓstiterit argumenta eos nec illis sucipere: nec ad maiores debes ordies ꝓmouere: p̄sertī antequā quersatio eorū fuerit approbata. Idem pīarche hiero.

Te.f.t ifra. Utrū clericos q ad partes hieroſoly. sine commēdaticijs lr̄is veniūt: ꝓmittere debeas celebrare diuina: t infra. Rñdemus: q̄ nisi ltime tibi constiterit siue per lr̄as siue p testes de illorum ordinatione canonica: qui penitus sūt ignoti: nō debes ipsos ꝓmittere in tuis plebibus celebrare: sz si forsitan eorum aliqui secreto ex deuotione celebrare voluerit poteris sustinere. Hono.iij.epo.regiñ.

Te nobis ꝓponēte didicim9 q̄ quidā prelati ecclesiarū tue iurisdictiōis in ecclesijs sibi ꝓmissis sine cōscia tua clericos de aliēis ep̄atib9 instituere nō uerēt. Attendentes igit id eis nulla rōne licere cum sit bōestati ꝓrariū: et a scōrū patruz īstitutiōibus alienū: t ifra. Inq.t.t r. q̄ tibi lz eos exinde remouere: nisi aliquos ex dispensatiōe in eisdem ecclesiis duxeris dimittendos.

De officio archidiaconi.

Ex libro ro.ordinis.

Vt archidiaconus post ep̄uz sciat se vicariuz eē eius in oībus: t oēm curaz in clero tam in vrbe positorū: quā eoruz q̄ p parrochias bī tare noscunt: ad se ptinere siue de eoz ꝓuersatiōe siue honore t restauratione ecclesiarū: siue doctrina ecclesiasticoz t ceterarū rez studio sustinere: t deliquētiū rōez coraz deo redditur9 ē: t vt de tertio in tertiū annū: si ep̄us nō pōt parrochiā vniuersam circumeat: t cūcta q̄ emēdatiōe idigent: ad vicem sui epi corrigat t emendet. Ex conci.tole.

Officiū vo archidiaconi ē euāgeliuz qñ voluerit legere vel alicui de diaconis precipere: t quando ep̄us missā canit ad ussionem illius iduāt se leuite vestimētis sacris qualiter cū pontifice ad missam p̄cedant: t ifra. Omne ecclesiasticuz officiū ,puidendo lectiones aut. rñsoria in matrice ecclesia dare debet et auscultare: in tātum vt nullus euangeliuz aut epistolā rñsoria vel quālibet ī ecclesia lectiōem legat vel cātet: donec auscultet ab ipso: accolitos quoq; ipse ordiet: qs coruz candelabra qs turibulum deferre: qsue miorū ī ecclesia aliqua officia agere deāt. Reg. iii. archid. g. salomi.

Eaque ꝓtra: t ifra. Scire vo te uolum9 q̄ a te districte quesituri sum9: q2 vel ,pprie ecclesie vel ea que de diuersis ecclesiis cimilia sūt collecta: non sub oi sollicitudine t fide seruantur: q̄ si qd ex eis vel negligentia vel cuiusquā fraude deperiit tu boc reatu astrīgeris: qui p archidiaconat9 ordinez custudie eiusdem ecclesie arcius deputaris.

Alex.iii.eliē.arcb.

cūctis t loco episcopi t tanq̄ vicarius eius.

s De tertio.episcopus vero singulis annis debet visitare parrochiā suam.x.q.i.episcopum decernimus.placuit nisi dimittat hoc: ne propter eius accessum grauentur ecclesie: t tunc mittat archidiaconuz vl q2 episcopus ire non pōt vt hic dicitur. Item contra.j. eo. mandamus. vbi dicitur q̄ archidiacon9 debeat visitare singulis annis aut etiā pluries si expedit: ibi log de visitatiōe sue ,ppriae parrochie: hic quādo visitat vniuersaz parrochiam ad mādatū episcopi.

t Corrigat.sic ergo archidiaconus bēt coertiōem exquo habet iurisditiōez: quia iurisditio sine coertione nulla esset. vt j. de offi. delc. ex litteris. t ff. ō officio ei9 cui man. est iurisditio.l.vlt.quid de iur cōmuni pertieat ad archidiaconuz: habes.j.eo.ad hec.t.c. vt nostrum.t.c. proximo.secus de consuetudine.j.c.c.vlti. vbi de boc.

u Officiuz vero auscultet. videtur potius spectare ad officium magistri scholariū: sed potiꝰ ex cōsuetudine fit boc sicut t multa alia que considerantur t attendūtur in huiusmodi officiis: potius q̄ ius cōmune.j.de excess. prelatis. ad hec.t.j.eo.ca .vltimo.

x Aque.de isto archidiacono habetur.lxxviii.distinctione.t.c. vbi ista dicisti.

y Ciminilia.p boc intellige omnia vasa ecclesie.argu. xii. q.ii.apostolicos.t custodia horum potius pertinet ad custodem siue thesaurarium.vt dixi in p̄ximo capitulo cōsuetudo attenditur vbi non est thesaurarius. boc forte pertinet ad archidiaconum vt hic videtur.

z Negligentia. prelatus enim non solū tenetur de dolo culpa lata t leui ad instar tutoris.C.de pericu. tuto. vel curato.si res pupilli.t.C.arbitr.tute.quicqd.sed etiam de negligētia vt hic patet.cum etiam propter negligentiam remoueatur.j.de offi.custo.ca.i.t.i.q.i.§.ecce cum honoris.t.lxxxi.distin.dictum.t arg. lxviii.q.ii.si quis abbas. sic etiam iudex propter negligentiaz remouetur.C.de offic.prefec.ori.si quos.t.ff.de custo.t exhi.re.carceri. t l.non est.quod potest intelligi cum negligentia crassa est. argu.i.q.i. quid.t.ff.de verbo.signi.magnam.t argu.s.de oz.ab epi.qui re.c.i.in fine.

a Reatu.ar.q̄ negligentia prelati mortale peccatum est.lxxxi. di. dictum.j.de re.iu c.pe.

b Custodie.ad ipsum etiam pertinet cura t sollicitudo totius ecclesie.xxv.di.perlectis.t.j.eo.ad hec.

a Cum satis.cõsuetudinis.utrũ habeat curã animarũ vel nõ:iura videnť diuerso mõ log de iure cõi nõ habet curã animarũ.xvi. q.vii.nullus oino.ꝛ hic nõ põt etiã de iure cõi excõmunicare.j.c.proximo.ar.contra.j.de eo qui fur.or.rece.c.i.cũ suis concor. ꝛ.s.c.c.i. Hu.dixit qꝫ archidiaconus de iure cõmuni nõ habet curã animarũ nisi sibi specialiť ab episcopo demãdeť nec alii põt cõmittere ꝓ.c.predictuz nullus. ꝛ per hoc.c. ꝛ oia illa iura q̃ videnť ꝓtrariũ innuere intelligit ex delegatiõe epi. sic ꝛ illõ c.lxxiii.dis.si i plebibus. Alii dicũt contrariũ.s.qꝫ habet curã aiarũ ꝛ iurisditionez:ꝛ ex eo qꝫ epus eũ instituit: siue qꝫ p collegiũ eligiť ꝛ per episcopũ ꝓfirmatur generalẽ admistratiõne cũ iurisditione adipisciť. ꝛ facit ad hoc.j.de prebẽ.referente.ꝛ.j.õ eo q fur. or.rece.c.i.cum suis concor.ꝛ.j.eo.mandamus. Que autez sunt illa que de iure cõi pertinent ad archidiaconũ. collige per.c.j.e.ad hec. ꝛ.c ut nostꝛ. Alia vero potius habẽt archidiaconi de cõsuetudine q̃ de iure communi:qꝛ visitãt ꝛ cozrigũt de cõsuetudie j.e.c.yl.ꝛ.s. de elec. dudũ.ꝛ sic de cõsuetudine oia alia iura cõsimilia intelligũntur.j.de excess.prela. ad hec. ꝛ qõ dicit ꝟ obtẽtu cõsuetudinis intellige nõ prescripte.j.c.pxi. qꝫ archidiaconus nõ põt excõicare intellige qꝫ nõ excõicabat de cõsuetudine:ꝛ sic retulit se ad ius commune:sic ergo iura q̃ loquũtur diuersimoꝺ de iurisditiõe archidiaconi intelligẽda sũt ꝟm diuersas cõsuetudines diuersorũ locorum.sic.s.de consuc.cum olim.

Cuz satis sit absurdum:ꝛ infra Quoniã igiť obtẽtu alicuius ꝓsuetudis[a] nõ debes ꝓtra sanctorũ patrũ institutiões[b] ꝛ qꝺ ad tuũ non spectat officiũ vẽdicaꝛ: mãdam[9] ut nemini sine licẽtia ꝛ mãdato epi cura presumas cõmittere aiaꝝ.

Idem vigor.episcopo.

Archidiaconis non videť de ecclesiastica institutiõe licere nisi auctoritas epoꝝ accesserit i alios sniam ꝓmulgare[c]. Idem epo ꝙuẽtreñ. ꝛ abbati cestreñ.

Mandamus:q̃tenus ꝓhibeatis cestreñ.archi.ne ad ecclesias sui archidiaconat[9] visitãdas[o]. nisi semel i ãno accedat:nisi forte talis causa emerserit:ꝓpť quã ipsum oporteat prefatas ecclesias sepius visitare[c] Ino.tertius.

Adhec nos dñs:ꝛ infra. Sane ꝓsuluit nos tue.s. deuotio quid ad officiũ archi.debeat ptinere:ꝛ in quibus per ipsũ cura epãlis sollicitudis debeat releuari:ꝛ nos ꝓut possumus respõdemus archi. ꝟz statuta beati isidoriť iperat ſb dia conibus ꝛ leuetis:prochiaꝝ sollicitudo ꝛ eaꝝ ordinatio ad ipsũ ptinet ꝛ audire debet iurgia[s] singuloꝝ: archipresbyteri qui a pluribus decani nũcupanť:eius iurisditiõi se nouerint subiacere. Secundum vero romani[b] ordinis ꝓstitutionẽ maioꝛ post epum ꝛ ipsius epi vicari[9] reperiť:omnẽ sollicitudinem ꝛ curaz tã in clericis quã in ecclesiis eorũ: ꝓut melius ꝟm deũ poterit ipẽdendo:cũ sup bis sit redditurus rõnẽ i districti iudicio examinis. Itẽ i epistola beati clementis pape pre.n. ocul[9] epi archi.appellatur:ut loco epi p epatũ ꝓspiciens:que corrigẽda viderit corrigat ꝛ emendet: nisi adeo fuerit ardua negocia:qꝫ absqz maioris sui pñtia nequeãt terminari. In quadã vo nra[k] ꝓstitutiõe iam alia vice nos meminimus expresse qꝫ ĩstitutio corpalis tam super beneficiis quã etiã dignitatibus ad ipsũ debeat ptinere:examiatio aũt cleri corũ si fuerint ad sacros ordies ꝓmouendi:ꝛ boc idem in collationibus beneficioꝝ credimus obseruãduz:ut qui beneficiis ecclesiasticis preficiẽdi fuerint:a suo prius examinẽtur archid.ꝛ ꝓ ipsũ postmodũ epo presẽtentur. Subsequenter postea quesiuisti:utrũ decani rurales qui ꝓ tpe statuũť ad mãdatum suũ solũ vel archid.vel ẽt vtriusqz institui bebeant uel destitui:si fuerit amouẽdi. Ad hoc bze.r.qꝫ cum ab oĩbus qꝫ oẽs tãgit[m] approbari ꝺ beat:ꝛ cõe eoꝝ ꝺcanus officiũ exerceat cõiter[n]:est eligendus uel etiam amouẽdus. Idem.

Significasti:ꝛ infra. Interdicas archidi.tuo ne sine cõscia tua ꝛ auctoritate[o] lrãs[p] suas ꝓmouẽdis ꝓcedat:ꝛ eis etiã districte ꝓhibeas:ne ad ordies audeãt cõuolare qui si cõtra ꝓhibitiõez tuam uenire presũpserint:executiõem eis ordinuz susceptoruz taliter iterdicas. Idem.

Vt nrm[q]:ꝛ infra. Nec fuit sufficienter ꝓbatũ qꝫ cãcellari[9] ex officio suo exerceat spũalia memorata:cũ ea potius de iure[r] cõi ad archidiaconi spectãt officiũ:repre sentare videlicet ordinandos epi scopo:illos examinare[s]:ponere abbates ꝛ abbatissas in sede.

Ino.iii.abbati arimiẽñ.treceñ. dioc.ꝛ archi.ꝛ decão sancti stephani treceñ.

Dilecto.f.ꝛ infra. Ad petitionẽ archid.senoñ.ꝙquerentis qꝫ abbas ꝛ ꝙuẽtus monasteriť sancti cã subsit põt prelatus visitare.xviii.q.ii.visitandi.ꝛ.c.nõ semel.si vero alia de cã ꝓfuit neceſſitatibus accedat ad ecclesias ꝓpꝛiis sumptib[9] ꝓcureť.C. de sta.et ima.l.yl.de hoc dic ut.j.de cẽsi.cũ venerabilis.

f Abhec.beati Jsidori.vt.xxv.dist.perlectis.

g Jurgia.et sic est ar.qꝫ archidiacon[9] hẽat iuriſ ditionẽ p.c.plectis.ꝛ.arg.lxiii. di.si in plebibus.ꝛ.j.de penis lz dixit ioã. qꝫ hz ordinariam iurisditionẽ de iure cõi.ꝛ vez est in oĩbus que cõtinẽtur i hꝫ c.ꝛ.j.c.ut nostrũ.ꝛ ita p consequens coertionẽ:licet nõ posset cognoscere nisi de modicis cãis p hoc qõ dicit iurgia: qꝛ talis iurisditio sine coertione nulla eẽt:ut dixi.s.e.c.i.i aliis aũt que hic numerãtur stabimus consuetudini prescripte ut dictũ est.s.e.cũ satis.

b Romãi ordinis.s. e.c.i.

i Beati clemẽtis.cxiii.di.diaconi.j.et in epla euaristi.e. di. diacõi.ii.

k Nostra ꝓstitutõe.credo qꝫ sit illa.j.e.ut nrm. q̃ debuit pcedere istã in ordie ẽm ordiationẽ illarũ decretaliũ.vñ per hoc vr qꝫ loquaꝛ de alia cõstitutiõe.sz fozsitã nõ sernaꝛ ille ordo:nisi in ordiatiõe decretaliũ diuersoꝝ auctoꝝ ẽm qꝫ pz etiã in aliis locis.

l Examinẽť. archidiacono.j e.ut nrz.sed alibi dicit: qꝫ istõ ẽ officiũ sacerdotuz.xxiii.di. quãdo hic.verũ est de iure. sz illud vbi episcopus eligit specialiter sacerdotes ad hoc.vel si non est ibi archidiacon[9] ut i multis ecclesiis.videť ergo qꝫ epus nõ sit puniendus si ꝓmouet indignũ sed potiꝰ archidiacon[9] qui examinat ꝛ represẽtat epo.ar.liii.di. si seruus. sz non est ita: qꝛ epus tenet de facto illius qui examinat cũ de mandato illius illud fiat:sicut exercitoꝛ nauis de facto magistri tenetur.ff. de exerci.l.i.§. magistrũ.nisi forte examinatoꝛ talis fuisset:ut nõ sit verisimile ipm mentiri.ar.j.de pig. significãte. ẽm hoc si talis ordinatur sine titulo epo ignorante examiatõ q presentauit eũ tenebiť ei ꝓuidere. sz si ille nõ sit soluẽdo hẽbit regressuz ꝺ epm.ꝛ hoc iõ qꝛ adhuc reputatũ ẽ episcopo ius examinãdi illũ.ar.s. de eta.et qua.accepim[9].ꝛ i subsidiũ ne ille ordinatus i opꝓbriũ cleriꝯ mendicet.s. de renun.ad supplicationẽ.cxiii.di.diaconi.

m Tãgit.C.de auc.ꝓstã.l.yl.ꝛ.ff.de aq̃ plu.ar.in cõcedẽdo.ꝛ.ff.õ adop. naz diu[9].ꝛ.s. de tẽ.oꝛ.si archiepus.vbi de hꝫ.

n Cõiter.ẽm ꝓsuetudinẽ loci.

o Significasti.auctẽ.hoc iõ dicit qꝛ sine auctẽ ꝛ ꝓscia sui epi nullus dz ꝓmoueri i ordies:ꝛ alius eps talẽ ordiare nõ dz:qõ si factũ fuerit talꝭ ordiatio rata nõ est quo ad suũ epm qui eis iterdicit executõem.ix.q.ii.c.i.ꝛ.c.se. ꝛ.j. de pro. nullus.ꝛ interdicẽda est talibus executio ordis sic susceptis.s. de tẽ.oꝛ.qꝫ trãslationẽ.eps tñ põt cũ talib[9] dispẽsaꝛ ꝛ recipe eos i illis ordib[9].ix.q.ii.lugdunẽse.

p Lras.ꝛ ita ꝟz qꝫ archidiacon[9] nõ põt daꝛ lras cõmẽdaticias ad ordies suscipiẽdos ꝟz solus eps.lxxi.di.cr̃neo.ꝛ de ꝓsuc.di.y.nõ oz.ꝛ.lxviii.di.q̃uis.ar. tñ ꝺ qꝫ hoc possit.s.c.pxi.ver.in quadã.ad fi. Nõ ꝺdicit:qꝛ hz illos examiet ꝛ pñtet illos suo epo nõ tñ põt illos alii epo pñtare:hoc itellige cũ eps est pñs. Si vero eps abs̃ esset extra prochiã suã:ꝛ necessitas vel vtilitas ordinãdoꝝ imineret:tunc posset illos pñtare aliis epis p quos ordinẽť: qꝛ abs̃te epo supplet vices illius.ar.s.c.c.i.ꝛ.c.ad hec.sic ꝛ archipꝛesbyter.j.c.c.i.vel vacante.ecclesia.j.de maio.ꝛ obe.cũ olim.ꝛ hoc intelligo si archidiaconus hz hoc de consuetudine:alias nõ nisi hẽret speciale mandatũ ab episcopo.

q Vt nostrũ.hec ẽ ps illius.j.ut eccle.benefi.ut nrm.ꝛ.j.de app.ut nostrũ.

r Be iure cõi.ex eo qõ hꝫ dr̃.ꝛ.s.e.ad hec.collige q̃ ptineãt ad archidiaconũ ꝺ iure cõi.de hoc dictũ est.s.e.cũ satis.ꝛ.c.sequentibꝰ.

s Examiare.ut.s.e.ad hec.in fi.ar.ꝺ.xxiii.di.qñ.sz solutũ est in.c.ad hec.

Dilecto. sit situ. per hoc forte credebat archidiaconus intentiõem suã fundatã eẽ quasi de iure cõi. xvi. q. vi. oẽs basilice. ⁊. xviii. q. ii. mõasteria. sed hꝫ est ius episcoporuꝫ.

b Ad eius mandata. Ista pertinent ad correctionẽ sed ea que precedunt ad iurisditionem.

c Que archidiacono solent.

⁊ ita videbaꝫ in hoc respicerẽ cõsuetudinẽ. j. de excess. prela. ad hec. ⁊. s. de cõsuet. cũ oli. q̃ tribuit iurisditionẽ. ar. j. de offi. or. duo simul. ⁊. C. de emã. l. vl. que in his precipue considerandꝫ. ut dixi. s. e. cũ satis.

d Salua. sua regula. cõrectionẽ mõachoꝝ primo loco pertinet ad abbatẽ. j. de offi. ord. q̃to. et. j. de sta. mo. in singulis.

e Quã corã. p hoc multũ pꝫiudicabaꝫ archiepiscopo: si hꝫ esset verũ: sed forsitã cõsuetudo est illius archidiaconi.

f Exceptis. lite vero cõtestata sup premissis de consensu vtriusqꝫ partis cãꝫ remiserãt iudices ad apostolicã sedẽ qz papa nesciebat cõsuetudinẽ q̃ vtiꝫ archidiacon⁹ senoñ. i abbatis senoñ. dioc. prefati mõasterii sniam proferre nõ potuit. vnde cãm cõmittit sicut seqtur. hoc est in antiqua decre.

g Senoñ. canonicos. nõ ergo qz testes illi requirẽdi sunt ad testimoniũ de quib⁹ magis est verisimile qz veritatẽ sciãt: ⁊ illi sunt potius preferẽdi. sic xxxv. q. vi. cõsanguineos. ⁊. j. qui ma. ac. po. vꝫ ⁊ ab antigoribus: ut ibi dicit: ad quoꝝ dicta recurrẽdũ est in antiquis factis. ff. de leg. iii. si chorus. § i. ⁊. xx. dist. de quibus. ab illis eni requirẽda est ueritas quibus lux veritatis⁹ potiꝫ assistat iiii. q. iii. si testes. sic ergo canonici preferẽtur hic: qz melius veritatẽ scire debent qui forte cũ ipso archidiacono p̃dictis q̃nq̃z interfuerũt. sic ⁊ illa que in. c. fiũt p canonicos melius probãtur. j. de test. veniẽs. ⁊ q domi gerũtur facilius ꝓbant p domesticos q̃ p alios. C. de repu. consensu. §. seruis. ⁊. C. de questionibus interrogari.

b Pacifica. nota qꝫ cõsuetudo siue possessio dꝫ eẽ pacifica nõ violẽta ad hoc vt prescriptio locũ hẽat ⁊ sine interruptione. j. de prescript. sanctoꝝ. ⁊ ca. illud. ⁊. vi. q. iiii. volumus. et. C. de prescrip. xxx. uel. xl. anno. si quis. ⁊. l. vl. ⁊ ita pꝫ qꝫ iurisditio siue officiũ archidiaconoꝝ potiꝫ colligiꝫ ex ꝓsuetudine q̃ ex iure cõi qz hmõi nisitatio ⁊ correctio potiꝫ ex cõsuetudine habẽtur. arg. s. de elec. dudũ. ii. dic. ergo sup hoc vt dixi. s. e. cũ satis.

i Abbatꝫ. ar. qꝫ ad ꝓsuetudinẽ aliarũ eccl'iarũ siue iurisditionẽ recurrẽdũ est si dubitetur quid aliqua ecclesia facerẽ debeat. j. de cen. ecclesiis. ⁊. c. sopite. et. c. super eo. ⁊. c. dist. contra morem. nisi diuersa esset consuetudo vniuscuiusqꝫ ecclesie. arg. s. de consue. cũ olim. ⁊ ita si archidiaconus ꝓbaret consuetudinẽ huiusmodi i aliis monasteriis sui archidiaconatus obtineret in isto: quia non debent diuerso iure censeri. xii. q. ii. cognouimus. et. j. de deci. cũ in tua.

k Vt archipresbyter. supple statuimus.

l Subesse. sic vꝫ qꝫ qui maioꝝ est i ordine subsit minori. vñ. j. de ma. ⁊ obe. statuim⁹. ⁊. ca. i. sed dicas qꝫ archidiacon⁹ ꝑest archipbro q̃ ad dignitatẽ nõ q̃ ad ordinẽ. ii. q. vii. puto. ⁊. c. q̃rit. C. de offi. vi. l. i. et sic ñ ꝓtradicũt. xxxiii. q. v. ẽ ordo naturalis sic ⁊ in angelis ⁊ in potestate ⁊ in ordie differt alt' ab altero. lxxxix. di. ad hoc.

m Collectã. i. missam. si. lxix. di. quoniã videmus.

n Iuiũxerit. sic. xxv. di. plectis. ad fi. vnde sũptũ fuit hoc. c. ꝺ verbo ad verbum.

petri senoñ. procurationẽ ãnuaꝝ et quedã alia rõne sui archidiaconatus ad ipsum spectãtia exhiberi sibi cõtra iustitiã denegabãt abbati sancti crispini ⁊ collegis eius dedimus in mãdatis: ut audirẽt cãm ⁊ fine debito terminarẽt: corã quibus petiit predictus archidi. ut cum monasterium ifra metas sui archidiaconatus sit situꝫ[a]: abbas ⁊ monachi sibi obedirẽt in his que ptinẽt ad iurisditionẽ correctionẽ ⁊ visitationeꝫ ad ius ut dicebat archidiacõale spectãtes: videlicet ut corã se ꝙqueretibus respõderẽt: citati etiã ut venirẽt ad eius presentiã: ⁊ eius[b] mãdata honesta ⁊ sancta hꝫ deum de correctiõe excessuum ⁊ aliis que archidi. possunt ⁊ solent rationabiliter iniũgere audituri: ⁊ salua[a] sua regula ⁊ abbatis sui debita obediẽtia seruaturi. Petiit insup ne decetero faceret aliquos de senoñ. balliuia eo p̃ termissõ corã officiali senoñ. archiepiscopi ꝙueniri assereꝫ illos priꝰ debere ꝙuenire sub ipso: quã corã[c] officiali predicto spãlibus ipsius archiepi ⁊ boium ac familie sue causis dumtaxat exceptis[d]: ⁊ ifra. Ideo qz dis. v. mãdamus: quatenus per maiores ecclesie senoñ. [e]cãonicos qui habere debent de consuetudie noticiam pleniorem: super his solicite veritateꝫ inquiratis: ⁊ nisi uobis constiterit prefatum archi. vel predecessores ipsius de pacifica[b] sic obtenta consuetudine iurisditionẽ aliquam in ipso monasterio vel in huiusmodi abbatiis[f] hactenus habuisse: prefatum monasterium ab eius impetitione penitus absolua/tis perpetuum super hoc ipsi archidi. silentium imponentes. Si vero de premissis constiterit per eosdem: eandem iurisditionem dumtaxat adiudicantes eidem in monasterio predicto: quam ipsiꝫ vel predecessores suos in monasterio ipso uel in eisdem abbatiis habuisse constiterit: super aliis perpetuum ei silentium imponatis.

De officio archipresbyteri.

Ex concilio tol.

Vt archipresbyter[k] sciat se subesse[l] archid. ⁊ eius preceptis sicut sui epis/copi obedire ⁊ specialiter ad eius ꝓtinet ministeriũ sup omnes presbyteros in ordine positos curã agere ⁊ assidue i ecclesia stare: ⁊ iepiscopi sui absentia ad vicẽ eius ⁊ missaꝝ solẽnia celebret ⁊ collectam[m] dicat aut cui ipse iniũxerit[n].

Leo papa.

Ministeriuꝫ archipresbyteri in eo cõstituit: ut diligẽti cura ꝓvideat misteriuꝫ sacerdotũ cardinaliũ[o]: qui solẽne debẽt agere officiuꝫ in cõicatiõe corpis ⁊ sanguinis dñi nri Jesu christi a sacrosãcto die dñi co[p]incipiẽdo per oẽs horas canonicas indeclinabiliter[q] pseuerent: ut op⁹ dei digne ⁊ sãcte pficiaꝫ ab eo cui cõmittit: ⁊ ifra. Prouideat etiam archipresbyter vitã sacerdotuꝫ cardinaliuꝫ preceptis sui obtẽperãdo epi: ne aliqñ cedãt aut scurrilitate[r] torpeãt: ⁊ ifra. Si epus de fuerit exceptis his que prohibita[t] sunt archipresbyter, puideat cuncta que in sacerdotuꝫ ministerio pficiẽ debeant: fontes benedicere: infirmum oleo ꝙungere: penitẽtẽ ifirmuꝫ consulto[u] episcopo reconciliare: penitẽtiã cunctis[x] aliis sacerdotib⁹ aut ipse celebrationẽ misse solẽniter iplere/at: aut ad sui iussionẽ[y] cui cõmittitur pagat veneranter. Idem.

Officiuꝫ archipbri ꝺ vrbe ꝙstat quãdo ibi presul defuerit vice ei⁹ officiuꝫ ichoare: bñdictio/nes[z] presbrales i ecclesia dare: missã qñ uoluerit cãtare: uel cui de sacerdotib⁹ iusserit: qñ ꝺo epus missam canit: dꝫ precipere sacerdotibus ut induãt se uestimẽtis sacris: ⁊ qualit' ad missam ꝓcedãt. dꝫ enim precipe custodi ecclesie ut i sacrario eucharistia christi propter infirmos[a] non desit debet infirmis prouidere ⁊ ꝓuidendo precipere sacerdotib⁹ ne forte sine[c] cõfessione corporis ⁊ sanguinis dñi nostri Jesu christi moriant[b] ꝙfessiones peccatorum eoruꝫ qui a foris[x] ueniunt recipe cũ omnibus sacerdotibus ⁊ exinde per ꝓuisionem pontificis magnam dꝫ illis adhibere curam: ad christianos quoqz faciendos ⁊ baptizandos infantes ⁊ ad succurrendum omnia a sacerdotibus p̃ iussionez illius fiãt.

Dez exsynodo rauenne habita.

Ministeriũ cardinaliũ. i. principaliũ. si. vii. q. i. pastoralis. ⁊ dicũt cardinales a cardie: qz si ut in cardine regitur hostiũ ita p istos dꝫ i ecclesia sua regi officiũ: inde etiã dicti sũt cardiales: qa per eos regitur vniuersal' ecclesia. sic. xxiii. dist. presbyteri. ⁊ lxxi. di. fraternitat' ibi exponit cardiales' id est ꝓpri⁹. ⁊. xxi. q. i. relatio.

p Dñico. i. a vespe sabbati. qz tũc incipit dies ꝺm canonicam cũputatiõem: siue q̃ ad officiuꝫ. j. de feriis. qm̃. ⁊. lxv. dist. qõ a patribus.

q Indeclinabilit'. i. horis statutis ⁊ iusto ipedimẽto cessãte. j. de cele. mis. presbiter. ⁊ ferẽs illã sentẽtiã: maledict⁹ q ne gligenter facit opẽa dei.

r Cedãt. qñ officium suũ, facẽ debẽt.

s Scurrilitate. idẽ discurrãt sicut scurra facit.

t Prohibita. ꝺ quibus hẽs. lxviii. di. q̃ uis. sed ad ea facienda debẽt vicios epi copos ũitare cum cautele studio. vii. q i. pontifices.

u Cõsulto epo recõciliare. ergo eo incõsulto ñ dꝫ nisi eo abñte: maxima necessitas cogat. xxvi. q. vi. c. vl. ⁊ loquit' de solẽni penitẽte qui publicuꝫ crimen cõmisit qꝺ vniuersã cõmouet vrbẽ ⁊ ibi dicitur in quo etiã casu quilibet sacerdos possꝫ eũ reconsiliare. ar. ⁊ vii. q. iiii. si quis suadẽte. ⁊ etiã laicus. ꝺ conse. di. iiii. sanctuꝫ est baptisma.

x Cũctis. archipbr̃ byter post episcopũ curã dꝫ hẽre aiaruꝫ in ecclesia cathedrali.

y Jussiõem. sic. s. e proxi. ⁊. xxv. di. perlectis.

z Officiũ. bñdictionis in matutinis quãdo debent legi lectiones.

a Infirmos. de cõse. di. ii. tribus. cõtra Ibi subaudiẽdũ ẽ nisi ad opꝰ infirmoꝝ. vt hic de conse. di. ii. pbr̃ eucharistiam.

b Sine confessione. si culpa vel negligẽtia pbr̃i moriaꝫ infirm⁹ sine cõfessione reus erit aie illius. xxvi. q. vi. si pbr̃ cognouimus.

c Ab foris veniũt. i. extra ciuitatẽ. ⁊ est ar. qꝫ quilibet de episcopatu põt sacramẽta recipere in maiori ecclesia: qꝺ verũ est. ar. l. di. in capite. ar. cõtra. ꝺ peni. di. vi. placuit. ⁊. j. de parro. nullus. nõ ꝓtradicunt

episcopus non debet recipere parrochianū alterius episcopi: hic nullū parrochianū alterius recipit q2 oēs possūt recurrere ad archipresbiterū maioris ecclesie: ut hic dicit Ber.

b VT singule. hoc.c. loquit̄ de archipbytero rurali: precedēs de archipresbytero ciuitatēsi. Ala.

Titulos. titulus appellat̄ ecclesia. lx.x.di.c.ii.z.lxxx. dist. epi.z hic ēt dicit̄ titulus canō. l.di.si quis diaconus. Jtē dr̄ titulus tractat⁹. ff. de postu. l.i. ar. xxvi. q. v. nec miruz. versus fi. v. bis duobus titulis. Jtē dr̄ actio titulus. C. fa. ber. nō est ambiguū. Jtē dicit̄ titulus dignitas. vñ Ouidius Gratulor ecaliā titul' accedere nostris. de hoc dictū ē. s. de elec. dudū. ii.

c Renūciet. ar. q solus epūs sit index ordiarius in sua dioc̄esi. xi. q. i. de psona lxxx. di. non debere. ar. ꝯ. xi. q. iii. c. i. z. c. nullus. z. ii. q. i. nēo. i responso.

d Valeat. q2 ipse sufficere oībus non pōt: z iō per alios bñ facere dz. arg. ꝯ. j. de of. or. iter cetera. anec ipemet eā sibi assumere dz q2 z ptor se tutorē dar̄ nō pōt. ff. de tu. z cu. pretor. sic prelatus a seipso prelaturā accipe nō pōt j. de instī. c. vl. z. j. de iure pa. p tuas. z. j. ō bap. z einſ ef. debitū q2 dria dz eē iter dātē z accipientē: ut ibi dicitur.

e Sua onera. dz. n. sua onera partiri cū aliis. j. de psūp. mādata. vbi de hoc.

f Jta archipbyti. istud ita nō nōt omnimodā silitudiem: q2 aliter preest epūs q archipbyteri.

g Referāt. pret minora q ipsi archipbyteri determinare possunt cū bēant ordinariā iurisditiōez j. de of. or. cuz ab ecclesiarū. z. j. de psā. z affi. ex lris.

VT primiceri⁹. supple statuimus.

i Diaconis. s. de offi. archi. officiū. cōtra. c. ista loquuntur sm diuersas cōsuetudines diuersarū ecclesiarū: vel primicerius hoc facit ad mandatū archidiaconi: uel tanq̄ vicarius eius: z ita prelat⁹ q subest epō pōt alii demādare vices suas: z merito q2 ordiarii iudices sunt. Lau.

k Ut ipse. s. archidiaconus: uel ipse. s. primicerius q ō ē melius.

l Bonet lectiōes. sed hoc videt̄ ptinere ad officiū archidia. s. de offi. archi. officiū diuersa consuetudo diuersarū ecclesiarū ipedit cōtra dictionē que circa huiusmodi officia considerat̄ potius.

m VT sciat. supple statuimus.

n Vasoz. secūdo post archidiaconū. et sic non est contra. s. de offi. archidia. ea que.

o Luminaria. lāpadū. ut differat ab eo q ō sequitur.

p Sine in cera. q2 in his illuminat̄ ecclesia: z sm hoc etiā videt̄ ptinere ad officiū custodis. j. ti. proxi. c. proxi. sed hoc referas ad diuersam consuetudinē ut sepius dictum est. io.

q CUstos. titinabuloz. s. de elec. in cauſis. z. j. c. pxi. z. i. di. ius militare.

r Utensilia. s. de offi. archi. ea que cōtra. so. supple suo archidia. z sacrista diuersa est consuetudo.

s Modū. sic. xxiiii. q. i. manet. ar. q ita excedit̄ modus in eo q ō est amplius sicut in eo q ō est min⁹. li. di. q i aliquo. xlv. di. disciplia. xli. di. quisqs. ff. de pe. respiciē dū. C de custo. z exhi. re. si quis. i fi. z. j. de vit. z ho. cle. z sic media via tenēda ē. vñ v. Cū media sp gaudeba ludere forma. maioz. n. mediis gra reb⁹ inest. et illud. inter vtrūq3 vola medio tutissimus ibis.

t Cū discretiōe. discretio. n. mr̄ est oium virtutū. i. q. v. p̄sentiū.

u Minus idoneus. sic ergo remouet̄ ab officio suo min⁹ idōeus sic magister min⁹ idōeus remouet̄ qui primuz moribus demū scia z facūdia alios precellere dz. C. de pfes. z medi. l. ii. li. x. z index z platus remouētur ppter negligētiā. s. de of. archi. ea que.

x Emēdet. ar. q p denūciationē offensa pxia veniā meret̄ xxxv. di. epī. C. de epi. au. nēo z sic qōlibet peccatū nō inducit depositionē. v. q. iiii. i loco.

y Nunciādo. ar. q p denūciatiōem aligs remouēd⁹ sit ar. i. q. vii. q̄ pxopt. j. de iureiu. q̄relā. j. ō fideiuſ. puēit. sz ñ lo quūt i denūciatiōe. z ar. ad ħ. xxiii. q. iiii. ecce. vñcunqz.

z CUstos. abñte epo. ar. q res canonicoz p epm di spēsari dñt. xii. q. ii. vulterāe. z p ipm dz ꝓstitui econom⁹. C. de epi. z cle. oēs. §. hoc nihilomin⁹. z. ix. q. iii. cū simus.

z His trib⁹. q̄ enumerāt̄ i ferius: archidiaconus archipbyter z custos.

ꝓ Sāctiōes. z ita vr̄ q semp melioz z iustior sit eligēd⁹. viii q. i. lz. z. c. si ǧ. lxiii. di. metropolitāo. z. xxv. di. §. nūc aūt. i. q. i vilissimus. i auc̄. de mōachis. §. ordiatōe. col. i. ar. cōtra. xvi. q. vii mōasteriū. z. s. de electi. cū nob oli. z. s. ō renū. nisi cū pridē. §. p defectu. z. j. ō pbē. c. pe. lxi. di. cathinēsis. z. lxxxv di. florētinū. ar. ff. de leg. ii. cuz pat. §. rogo. So. melioz iustiō z sāctioz dz eligi: tū si ali⁹ eligat̄ lz ñ sit melior: sufficit q sit sufficiēs q cōcuctiēs scia sufficit in prelato. s. de renūci. nisi cū pridē. §. pro defectu. z. s. ō elec. cū nobis oli.

ꝑ Neqz zelus. i. odiū: q2 ēt bonus zelus z malus zelus ō malo hic intelligit̄: sicut ē bonus dolus z malus dolus. C. de dolo. l. i. §. nō fuit.

a Audientiā. i diuersis. q ō eē nō debuit: cū plibus seruire nō possit: q2 dū vtrūq3 festiat: neutrū bñ pagit. xvi. q. i. pbyteros. z. C. de assel. nēo. z eoipo q pmisit se intitulari i scōam vel postq̄ trāslatus est ad eā pdidit ius q ō habuit i vicariā. j. de cōcel. prebē. lras. xxi. q. ii. si quis iā trāslat⁹. z qui bñficiatus est in vna ecclesia nō ē idone⁹ ad aliā. j. ō pbē. sup inordiata. imo nō solū vicariā petē nō poterat: sz vtrūq3 bñficiū pdere dz: si vtrūq3 retiere cōtēdit sm moderna iura. j. de prebē. de multa. qui cui bz vicariā ppetuā. bñficiat⁹ intelligit̄. s. ō rescr. postulasti. z qui curā bz aiarū vel platiōem z cōsilem recipit: pma ipso iure vacat. j. de pbē. de multa. z idē ē si quis bz ppetuā vicariā. sicut si hēret ecclesiā intitulatā. j. e. c. vl. z. s. de fil. presby. constitutus.

b Rouideas. plures. ex eo q ō dicit plures vr̄ q possit hēre vnā vicariā. sed vr̄ falsū: q2 quilibet i ppria psona z nō p vicariū dz in ecclesia deseruire. j. ō cleri. nō re. q2 nōnulli. z. c. se. z. s. de elec. cū in cūctis: z melius in iure nouo. j. de pbē. extirpāde. §. qui vero. Et hoc est verū nisi in casibus qui ponūtur in dicta

---

VT singule plebes archipresbyterum habeant propter assiduam erga populum dei curam: quia nō solum imperiti vulgi sollicitudinē gerāt: uex ēt presbȳorū qui p minores titulos babitāt vitā iugi circūspectione custodiant: z qua vnusquisqz industria diuinuz opus exerceat: epo suo renunciet. Nec obtēdat epus nō egere plebē archipresbytero: quasi ipe eā gubernare ualeat: q2 z si ualde idone⁹ sit: decz tñ ut sua onera partiat: z sic ipse matrici ecclesie p̄est: ita archipresbȳi p̄sint plebib⁹ ut i nullo titubet ecclesiastica sollicitudo: cūcta tñ referāt ad episcopū: nec aliqd ꝓtra ei⁹ decretetum ordinare presumant.

De officio primicerii.

IDem ex libro romani ordinis.

VT primiceri⁹ sciat se eē sb archi. sic z archipbyter z ad ei⁹ curā spāliter ptinere: ut presit i docēdo diacōis uel reliquis gradib⁹ ecclesiasticis i ordine positis: ut ipse discipline z custodie isi stat sic p aiabus eoz corā deo rōnē ē reddit̄⁹: z ut ipse diaconib⁹ donet lectiones que ad nocturna officia clericoz ptinēt: z de singulis studiū bēat: ut in quacūqz re capacē se sum habēs absqz ulla uacet negligētia: aut a quo ipse iusserit istituant.

De officio sacriste.

EX concilio toletano.

VT sciat se sacrista subiectū archidi. z ad ei⁹ curā ptiere custodiā sacrorū uasoz uestimētoz ecclesiasticoz: seu toti⁹ thesauri ecclesiastici: necnō que ad lūinaria per tinent siue in cera.

De officio custodis.

EX libro romani ordinis.

Licet beli summus sacerdos ise bonus existeret: qz tñ filioꝝ excessus efficaciter nō corripuit: ꝛ ise pariter ꝛ in ipsis animaduersiōis diuine vindictam excepit: duz filis eius in bello peremptis: ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit. Ad corrigēdos igitur subditorum excessus tanto diligentius debet prelatus assurgere: quāto dānabilius eorum offensas desereret incorrectas: contra quos vt de notoriis excessibus taceatur: ꝛ si trib⁹ modis procedi possit: per accusationem videlicet: denunciationez: ꝛ inquisitionem ipsoruz: ut tamē in omnibus diligens adhibeatur cautela: sicut accusationez legitima precedere debet inscriptio: sic ꝛ denūciationem charitatiua correctio: ꝛ inquisitionez clamosa debet insinuatio preuenire. Descendam inquit dominus: ꝛ videbo vtrum clamorez qui venit ad me: opere cōpleuerint: tūc enim clamor peruenit ad prelatum: cum per publicā famaz aut insinuationem frequentez subditorum sibi referuntur excessus: ꝛ tunc debet descendere ꝛ uidere. i. mittere ꝛ inquirere: vtrum clamorem qui venit veritas cōmitetur. Nam iuxta canonicas sanctiones si quid de quocūqz clerico ad aures prelati peruenerit: quod eum iuste possit offendere: nō facile credere: nec ad vindictam eū res accendere debet incognita: sed coram ecclesie senioribus diligēter est veritas perscrutanda: vt si rei poposcerit qualitas: canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanq̄ sit idem accusator ꝛ iudex: sz quasi fama deferente vel denūciāte clamore sui officij debitum exequat eo semper adhibito mōderamine: vt iuxta iudicii formam snie quoqz forma dictetur. Cum igitur de abbate pompositano ea nobis frequenter insinuata fuissent: que ab honestate regulari nimiuz dissonabant: monachis ad presentiam nostrā acceden tibus: quidā ex ipsis nobis ipsuz d symonia periurio dilapidatione: ac insufficientia detulerunt. Contra quos cū idē abbas excipieret: q̄ denunciationez buiusmōi fraterna correctio fm regulaz euangelicaz nō p̄cesserat: ꝛ iidē constanter assererent q̄ correctionem huiusmodi premi/ sissent: licet ad probandum hec duorum monachoruz iuramenta fuissēt exhibita: qz tamē super hoc ipsi non duz contendere desistebant: nos ut prediximus frequentius clamoribus excitati: ex officio nostro voluimus inquirere de premissis omnes mōachos: qui uel cum ipso uel contra ipsum accesserant: iuramenti uinculo astringentes: ut d propositis plenā quam scirent exponerent ueritatem quorum depositiones cum in scriptis redacte cuz publicate fuissent: super illis ceperunt multipliciter disputare. Quia vero tum ex assertiōe monachorum: tum ex ipsis abbatis confessione cognouimus: q̄ idez nō modicā summā pecunie relictaz a p̄decessore suo expēderat: ꝛ in alia sūma maiori monasterium obligarat: nos eum quasi de dilapidatione suspectum ab administratione abbatie duximus suspendendum: ꝛ quia symonia multis modis cōtra ipsuz abbatem videbatur esse probata: ipse cōtra testes multas excepciones opposuit: sup̄ quibus fuit multiplicit disputatuz: aliis asserētibus in crimine symonie: sicut i crimie lese maiestatis nō oēs indifferēter: taz infames q̄ criminosos nō solū ad accusandū sz ēt ad testificandū admittēdos: cū instar publici crimin⁹ ꝛ lese maiestatis p̄cedat accusatio symonie: aliis ecōtrario rñdentibus: q̄ lz hec duo crimina q̄tū ad accusationē: quasi paria iudicentur: differūt tñ in multis cum alia pena pro vno ꝛ alia pro altero inferatur: ꝛ inter personas accusatoz siue testis nō sufficit: nisi testes inducantur. io.

l Descendam.ii.q.i.deus.omnipotēs.b.

m Sanctiones.lxxxvi.di.si quid vere.

n Judex.nō enim pōt quis esse accusator ꝛ iudex simul: vel accusator ꝛ testis ii.q.i.in primis.ꝛ.c.multi.ꝛ.iiii.q.iiii.c.i.ꝛ.ii.nisi in causa denunciationis.xi.q.iii p̄cipue.ꝛ.s̄.de testi.in oi negocio.ꝛ idem videt in causa matrimonii.xxxv.q. vi. episcop⁹ in synodo. sed ille talis accusator siue testis nō sufficit: nisi testes inducantur. io.

o Formam.sic.s̄.de accusa. qualiter.versus fi.ꝛ ibi expositum ē:ꝛ ita index semp scōz finem ad quem gs agit: formabit sniam: hoc ē depositionie i accusatione remotiōis ab ad ministratione in ingsitione penitentie peragende in denunciatione.c.s̄.de ordi.cog.euz dilectus.ꝛ.s̄.de excep.c.i.ꝛ.s̄.de accu.sup̄ his.ꝛ.ff.de neg.ges. pōponius.§.in negociis.in fi. ff.cōmu.diui.vt fundus.arg. ē.s̄.de concess. prebē.ex parte vbi iudex aliter sententiat q̄ allegaretur.s̄.de accu. ingsitōnis.i.ſ.ibi soluitur. Item ē ff.de edi.edic.bouez.§.aliquā do.ibi dī: q̄ lz sit actū quanto minoris iudex tñ pōt cōdēnare ac si eēt actum redibitoria.

p Detulerunt .i. denunciauerunt: vt sequentia probant ibi

q Euāgelicam .s̄.de iudi.nouit.ꝛ.ii.q.i.si peccauerit.

r Ex officio nro. prelatus debet purgare p̄uinciam. s̄. de offi.ordi.c.i.ꝛ.s̄.de accu.qualiter.ii.ꝛ.xxxv.q.vi.epōs in synodo.ꝛ.s̄.de accu.sicut oli.ff. de offi.presi.l.iii.ff.de suspect. tu.l.iii.§.preterea.ꝛ nō qō dicit: q̄ illi qui venerant ad denunciandum inquisitionez testes admissi sunt.sic.s̄.de ele. in causis.ꝛ.s̄.de renunc. post translationem.arg.contra.s̄. de accu.cum.p.ꝛ.s̄.de elec. in notuit.ad fi.sed hoc nō nocet qz in illa cum.p.repellunt pp̄ inimicitias ꝛ mutuas accusationes.hic secus: qz hic nō crāt inimici denūciatores: alias ñ admitterentur. vñ possūt p̄bi bē testimōiū i ingsitiōe: qz exq̄ admittūt ad vnū ꝛ ad alīd. vi.

s Propositis.s.criminib⁹ p̄dictis: de quibus denunciat⁹ fuerat: ꝛ clamor ad papam p̄uenerat: plenam ꝛ meram debent dicere veritatem.s̄.de accu.qualiter.i.§.forma.b

t De dilapidatione. Qui.n. denunciatur de dilapidatiōe suspectus: iterim dum cognoscitur de dilapidatione: debet iterdici ei oē genus alienationis: ꝛ si merito ē de dilapidatione suspectus: dād⁹ est ei coadiutor: sine cuius consilio nihil faciat de his q̄ p̄tinent ēt ad administrationē tēporalem.s̄.de accu.c.vlt.ꝛ.s̄.de offi.deleg. venerabilis.vbi plene habes qualiter procedatur i causa huiusmodi. Hoc tamē scias: q̄ talis qui remouetur ob dolum: ifamis efficitur: secus si ob culpam. C. de suspe.tu.l.vlt.item qd si alia crimina nō p̄barentur contra istum abbatem: nunqd si vellet reddere ecclesiam idemnem: remaneret in administratione abbatie? videtur q̄ sic.s̄.de re.ec.non alie.si quis presbyteroꝝ.ꝛ.s̄.de elec. q̄ sicut vbi hec questio expeditur.dic vt ibi.

u Indifferēter. vī: q̄ hec duo crimina parificent q̄tū ad accusationē ꝛ testimoniū.xv.q.iii. sane. Item qz symonia ē maiꝰ crimē q̄ heresis.i.q.i.eos.ꝛ ifamis efficit vt.i.q.iii.si gs p̄bēdas. imo maiꝰ ē oibꝰ aliis criminib⁹.j.c.px.ꝛ.i.q. vlt.i c.vl.sed in hēsi glibet admittit̄: ergo multo fortiꝰ i symōia glibz admittet.s̄.e.tāta.lxxix.di.si gs papa.ꝛ.C.ō epi.ꝛ cler.si quēq̄.ō hac mā dī plene.s̄.ō ac.cū.p.

x Alia pena.qz in crimine lese maiestatis capite gs punitur. vi.q.i.§.uerū.ō.si

gs cum. Item iura paterno⁊ sepulchoꝝ adimuntunt̄. ff. de suis ⁊ le. bere. l. i §. iterdum. item nō sunt lugēdi. ff. de reli. ⁊ sump. fune. minime. que pena nō spectat ad symoniacum: sed deponitur cum nota infamie. i. q. i. reperiunt̄. ⁊ ea. q. iii. c. vlt. ⁊. C. epi. ⁊ cleri. si quē q̄. vincen.

a Distinguēdum. hoc ideo dicit: q⁊ p testes crimina ꝓbantur ⁊ nō p accusatores. vnde nō oēs qui admittū tur ad accusādum: debent admitti ad testificādū. s. de testi. ⁊cetero.

b Probādas. s. cōspiratōnes ⁊ inimicitias capitales. j. c. ꝓ xi. vbi hec exponuntur.

c Que ꝓbate. i. qb⁹ ꝓbatis j. c. ꝓxi. alias nō habēt vbuz. si. vii. q. i. qualiter. ⁊ illud euāgelii. illi saciati cessent murmuratio eoꝝ.

d Viderent̄. in fi. huius. c. remote sunt ille exceptiōes. s. cō spirationes: ⁊ inimicitie: furtum ⁊ adulterium ⁊c. ut in. c. sequentibus. ber.

e Per tuas. calus. In p̄cedenti decre. dī q⁹ abbas pōposianus plures exceptiones opposuit ꝰ testes iductos ꝰ ipm sup crimine symonie: ⁊ papa quasdā admisit quasdā uero nō. vñ uidebaṫ: q⁹ testes criminosi admittent̄ in crimine symonie. Quesitū fuit a papa: qualiter decre. illa esset itelligēda. Respōdet papa dicēs: q⁹ illā decre. lz beli. edidit: ad cuius itelligētiaz sic distinguit. Primo circa modū agēdi: vtz agaṫ de crimine symonie criminaliter aut ciuiliter ⁊ si ciuiliter agatur: vtrū de rigore aut equitate. Secundo distinguit circa ꝓsonaz cōtra quā ꝓceditur: vtrum sit regularis an secularis: ⁊ si sit regularis: vtrum sit iferioris gradus: aut excellentioris dignitatis: ⁊ an ille idē sit bone opinionis: vel male fame: ⁊ vtruz etiaz possit puniri de facili an sine scandalo nō possit condēnari. Tertio distinguit circa ꝓsonas testium. Vtrū sint boneſti vel criminosi: vel emēdati de crimine: an adhuc perseuerēt in ipō: ⁊ an ipi testificent̄ ex charitate vel odio. Quarto que crimina obiciantur testibus: vtz eadē vel minora: an paria vel maiora. Quinto an adsint alia adminicula que adiuuent testes. Recollige illos quinqz modos q̄tū ad alteram partem. Si ergo agatur ciuiliter de crimine symonie: scōm equitatem: ⁊ ꝓsona ꝰ quam agatur sit regularis ⁊ iferioris gradus: ⁊ male fame: ⁊ de facili possit puniri: ⁊ adsint alia adminicula: vt cōtigit in abbate pōposiano: qui ē ꝓsona regularis ⁊ grauiter ifamatus: ⁊ qui de facili potuit remoueri: ꝰ talem ꝓsonam scōm lau. testes qui emēdati sunt de crimine: vel scōm alios qui adhuc in crimine ꝓseuerant cum aliis adminiculis: vtputa furti adulterii que sunt minora crimina: ⁊ g ex charitate deponunt ⁊ habēt alia adminicula: admittunt̄ i crimine symonie ꝓp criminis enormitatē. ⁊ testes tales admissi fuerūt ꝰ illū abbatem pōposianum nō obstātibus exceptionib⁹ furti ⁊ adulterii. alias vero exceptiones idest cōspirationes ⁊ inimicitias capitales papa ꝓbandas admisit: q⁹ eis ꝓbatis ꝓz q⁹ ex odio testificant̄. ⁊ sic dz itelligi decre. ꝓmissa lz beli. q̄tuz ad testium receptionem ꝰ symoniacam prauitatē: q⁹ ille abbas grauiter ifamatus: denūciabaṫ simplr scōm equitatez: vt remoueret̄ solūmodo ab abbatie administratione ⁊ de facili poterat remoueri. vñ ipe nō expectata snia cessit. ergo itellige a ꝓncio: si ꝓsona ꝰ quā taliter agitur de symonia nō sit talis: tales testes nullo mō admittuntur.

f Ad abolēdam. quam habebas olim eodem titulo in scōa cōpilatione.

g Prauitate. preterea idem videret̄ de alio crimine excepto: vt hic distinguit̄ circa modum agendi. b.

h Simpliciter. idest in modum denunciationis ⁊ inquisitionis. b.

i Excellētioris. puta epūs regularis: cū quo nō ē aliter ꝓcedendum ꝓp maius scandalum. Sed quare hoc dicit: cū in iudiciis nō debeat attēdi dignitas alterius. iii. q. ix. c. vlt. ⁊ equalitas seruāda ē in iudiciis. C. de ꝓxi. sacro. scri. i sacris li. xii. Respōdeo hoc ideo dicit ꝓp maius scādalum ⁊ reuerētiam ordinis excellentioris. ⁊ absurdum videret̄: si taliter remoueret̄ epūs sicut abbas: ⁊ nō ita de facili proceditur ꝰ maiorem sicut ꝰ minorem. ar. s. de accusa. qualiter ⁊ quādo. ii. ⁊ vbi maius scādalum seu periculum vertitur: cautius ē agēdum. xlii. dis. satorum ⁊ testium sit vtiqz distinguēdum[a]: cum non per accusatores sed testes crimina comprobentur. Ne vero vel innocētie puritas confusa succumberet: vel symonie prauitas effugeret impūita: nos equitate pē sata illas dūtaxat exceptiones oppositas probādas[b] admisimus: que ꝓbate[c] non de zelo iustitie sed de malignitatis fomite procedere videren tur[d]. Idem.

Per tuas[e] litteras nobis itimasti: te dubitare super quadam epistola decretali quam nos asseris edidisse de testibus admittendis cōtra symoniacam prauitatem. Noueritis igitur q⁹ nos illam epistolam q̄ sic incipit: quāuis ad abolendā[f]: ne quaquam edidimus: sed aliam que sic incipit: licet beli: nos edidisse fatemur. ¶ Ad cuius intelligentiam credimus distinguendum: vtruz is contra quē agitur de symoniaca prauitate[g] denuncietur simpliciter[h]: aut criminaliter accusetur: ⁊ vtrum agatur secundum iuris rigorem: an secundum temperantiam equitatis. Item vtruz ipse sit regularis qui iā renunciauerit mundo: an secularis: qui adhuc in mundo existit: ⁊ an inferioris gradus an excellētioris[i] sit dignitatis. Ad hec vtrum ante fuisset clare opinionis ⁊ bone fame: an grauiter infamatus[k] ⁊ valde suspectus: ⁊ vtrum de facili possit puniri: an sine scandalo nequeat cōdemnari. Preterea vtrum testes sint boneſti an criminosi: ⁊ an sint emendati de crimine: an adhuc perseuerēt in ipō: ⁊ an ipi testificent̄ ex charitate vel odio. Quarto que crimina obiciantur testibus: vtz eadē vel minora: an paria vel maiora. Quinto an adsint alia adminicula que adiuuent testes. Recollige illos quinqz modos q̄tū ad alteram partem. Si ergo agatur ciuiliter de crimine symonie: scōm equitatem: ⁊ ꝓsona ꝰ quam agatur sit regularis ⁊ iferioris gradus: ⁊ male fame: ⁊ de facili possit puniri: ⁊ adsint alia adminicula: vt cōtigit in abbate pōposiano: qui ē ꝓsona regularis ⁊ grauiter ifamatus: ⁊ qui de facili potuit remoueri: ꝰ talem ꝓsonam scōm lau. testes qui emēdati sunt de crimine: vel scōm alios qui adhuc in crimine ꝓseuerant cum aliis adminiculis: vtputa furti adulterii que sunt minora crimina: ⁊ g ex charitate deponunt ⁊ habēt alia adminicula: admittunt̄ i crimine symonie ꝓp criminis enormitatē. ⁊ testes tales admissi fuerūt ꝰ illū abbatem pōposianum nō obstātibus exceptionib⁹ furti ⁊ adulterii. alias vero exceptiones idest cōspirationes ⁊ inimicitias capitales papa ꝓbandas admisit: q⁹ eis ꝓbatis ꝓz q⁹ ex odio testificant̄. ⁊ sic dz itelligi decre. ꝓmissa lz beli. q̄tuz ad testium receptionem ꝰ symoniacam prauitatē: q⁹ ille abbas grauiter ifamatus: denūciabaṫ simplr scōm equitatez: vt remoueret̄ solūmodo ab abbatie administratione ⁊ de facili poterat remoueri. vñ ipe nō expectata snia cessit. ergo itellige a ꝓncio: si ꝓsona ꝰ quā taliter agitur de symonia nō sit talis: tales testes nullo mō admittuntur.

ti de crimine: an adhuc in crimine ꝓseuerent. Rursus si crimina sint eadem vel minora[m]: an paria[n] vel maiora: vtrumue testes ex zelo iustitie an ex malignitatis fomite[o] deposuisse credantur: Denique vtrum ad prauitatem symoniacam deregendam sola dicta testiuz inducātur: an alia etiam adminicula[p] suffragentur Hec omnia sunt ad intelligentiam illius epistole distinguenda[q]. Ille q dem pomposianus abbas: qui iam pridem renunciauit mundo: erat de symonia periurio dilapidatione: ac insufficientia[r] grauiter infamatus. Cumqz per monachos qui iuraue rant perbibere testimonium veritati: symonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit: conspirationes[s] videlicet inimicicias capitales: furtum ⁊ adulteriuz: vt eos a testimonio remoueret. Nos vero ne innocentie puritas confusa succumberet: vel symonie prauitas effugeret impunita: illas dūtaxat exceptiones probandas admisimus: quibus forte probatis: testes non zelo iustitie sed malignitatis fomite processisse constaret: ut conspirationes ⁊ inimicitias capitales[t]: ceteras autem exceptiones: ut furti ⁊ adulterii[u], propter immanitatez heresis symoniace ad cuius comparationem cetera crimina quasi pro nihilo[x] reputātur: duximus repellendas: quoniam ⁊ si ꝓbate fidem testium debilitarent[y] in aliquo: non tamen euacuarent ex to

k Infamatus. si. ii. q. i. in primis.

l Sine scandalo. vt ex hoc facilius admittātur vel repellantur. arg. xxiii. q. iiii. non por.

m Vel minora. hoc ideo dicit: q⁹ si sint eadē crimina: vtputa symōia eadē ꝺ qua agit̄: nō admittitur, q⁹ soci⁹ ñ admittit̄. s. de testi. veniens q⁹ soci⁹ non admittitur.

n An paria. hoc ideo forte dic̄: q⁹ lz repelli oio nō possint: cū sint emendati: q̄to maiora crimina eis obiiciunt̄: tāto minor fides eis adhibetur.

o Fomite. hoc dic̄ ꝓp inimicos capitales ⁊ ꝺspiratores: q nō debēt admitti. vt j. dicit̄. b.

p Adminicula. q⁹ sine aliis adminiculis ⁊ psūptionibus viles, testes i crimine symonie nō sunt audiēdi: q⁹ vilib⁹ sine tormētis credi ñ dz. iiii. q. iii. ꝑ. si ea ri ⁊. ii. q. i. in primis. ⁊ q⁹ a tormētis nō est icipiēdū. ff. de q̄sti. l. i. ⁊. j. ō reg. iu. cū i cōtemplatione. ran.

q Distinguenda. Hec ē itētio ꝓcedētiū distinctōnū. aut eni agitur criminaliter: aut ciuilit̄. Si criminaliter. ⁊ tunc testes criminosi ēt i exceptis criminib⁹ ꝰ neminez audiuntur: siue accusatus sit bone fame siue male. si vero agit̄ ciuiliter: tūc ꝰ secularem ꝑlatū nō sunt audiēdi vel admittēdi criminosi testes nisi sint emēdati de crimine: ⁊ tūc admittunt̄ de egtate ñ de rigore. nec ēt tūc audiunt̄: nisi adsint alia adminicula. sed ꝰ regulares ꝑlatos ifamatos iferioris grad⁹ admittunt̄ criminosi: si ciuilit̄ agit̄ de egtate: sz ñ de rigore ⁊ cū aliis adminiculis. ⁊ b itellige i testib⁹. ad accusādū vo bñ admittūt̄ ifames ꝰ illū q ē male fame. vt. s. e. tāta. io.

r Insufficiētia. pp isufficientiā remouet̄ ꝑlatus ab administratiōe s. de eta. ⁊ qua. c. vlt. ⁊. xviii. q. ii. si quis abbas.

s Cōspirationes. cōspiratio enim grauissimū crimen ē: ita q⁹ meret̄ deponi. xi. q. i. cōiurationū. ⁊. c. cōspirationū. ⁊ ibi in subuersionez status alteri⁹ cōspirant. vnde tāq⁹ inimici repellēdi sunt ⁊ eis ꝓsentiētes vt capitulis predictis. ⁊. s. de re iudi. cum. i. ⁊. a.

t Capitales. Propt̄ alias vo nō remouet̄ qs a testimonio. iiii. q. iii. § itē in criminali. ibi tñ nō determinat̄ de qua inimicitia. ⁊. ff. de arbi. lz isti. de excu. tuto. §. inimicitie. ⁊ leuis offēsa nō admit legatū. ff. ꝺ admē. le. l. iii. i fi. sed minor fides eis adhibet̄. in aut. de testi. §. si vo qs dicat. col. vii. C. de test. aut. si dicat̄. Tñ si inimici ⁊ cōspiratores redeāt i amicitiā p⁹ reconciliatiōez vt̄ qꝺ possint admitti: q⁹ ⁊ legatū ꝑ capitales inimicitias vel alis grauissimas iterueniētes admitt̄: sz si redeāt i amicitiā: reitegrat̄ legatū. ff. de adi. le. l. iii. i fi. ⁊. l. se. ita tñ q⁹ ñ i eo negocio vl̄ cā, ꝑ q̄ cōspirauerūt: ⁊ reconciliatio ñ sit recēs. ar. iii. q. v. accusatores.

u Adulterii. ⁊ sic opponebant̄ minora crimina. Sed nunqd periurus admitteretur: dicēdum ē q⁹ nō quātūcūqz sit emendatus: q⁹ qui semel é periurus ad iuramētuz amplius nō auditur. xxii. q. v. paruuli. ⁊. s. de ꝓsump. lr̄as. ii. q. vii. nō pōt. q⁹ ꝓsumitur q⁹ iterum deieraret. ar. ff. de accu. si cui. §. bisdem. ⁊. vi. q. i. quicūqz. ⁊ est expressum. s. de testi. testimonium. b.

x Pro nihilo. vt. i. q. vlt. c. vl. ⁊. eo. tanta. ber.

y Debilitarent. ⁊ ita testis qui fuerit criminosus lz sit emendat⁹ non

facit plenam probationem: nisi adsint alia adminicula. criminosus enim semper habet caput vulneratum. i. q. i. ventum. qz ꝛ si penitear: quedam tamen irregularitas manet que nō aboletur p penitentiam l. d. illud. i. q. vii. si quis omnem. ꝛ. ii. q. iii. §. hinc colligitur. Ian. debilitarent dicta talium testium si hec probarentur. sed hec nō probant qz alia adminicula aderant: alias si nulla fuissent adminicula: nō sufficerent dicta eoꝝ. ꝛ ē arg. qp nō debet quis admitti ad ꝓbandum quo probato nō ꝓdest. C. d probationibus. ad probationez. si. §. de offi. deleg. cum contingat.

a Ex toto. cum iaz essent emendati de crimine. ꝛ dic presertim. i. tantum. si enim crederem testem infamem esse admittendum contra infamatum nisi alia indicia precederent: cuz a tormētis non sit incipiendum. j. de reg. iuris. cum in contemplatione. nec tales admittuntur sine questione. ii. q. i. in primis. ad fi. ꝛ. v. q. v. illi qui. Ian.

to[a] aliis adminiculis suffragantibus presertim[b] cum testes d crimine fuerint emendati[c]. Tales igitur contra talem[d] taliter[e] duximus admittendos[f]: non secundum rigorem iuris sed secundum temperantiam equitatis: cum ageretur: non criminaliter vt deponeretur ab ordine: sed ciuiliter[g]: vt ab administratione amoueretur[h] tanquam imeritus ꝛ damnosus. Et vtique tales prelati ex leuioribus[i] causis possunt ab administrationibus amoueri[k]: sicut quozūdam religiosorum approbata consuetudo dposcit: vnde predictus abbas non expectata sentētia quasi male conscius sibi cessit[l].

LDem abbati iemblacen.

SIcut tuis litteris intimasti: cuz in iemblacen. ecclesia fueris monachus: fuisti tandem promotus ad regimen ecclesie floreñ. verum abbate iemblacen. post sublato de medio: ipsa que prius te filium habuerat: in patrez per electionem canonicam[m] te vocauit: ꝛ quia pastore carebat leodien. ecclesia cathedralis: ad colonien̄sem[n] ecclesiam que tua est metropolis: professus ipius auctoritate: ꝛ in iemblacen. ecclesia interim ministrasti. Leterum postqp in leodien. ecclesia fuit episcopus institutus: is a te requisitus: electionem de te factam noluit confirmare. Uerum cuz hec fieri ꝓ exoꝛquenda pecunia comperisses: sub interminatōne anathematis[o] vetuisti: ne pro facto huiusmōi aliqua pecunia offerretur: sed quidam de fratribus te incōsulto ꝛ ignoꝛāte cōtra excōicationis a te facte sententiam venientes: promiserūt pecuniaz ꝛ etiam exoluerunt[p]: ꝛ sic ab episcopo inuitatus institutionem ab eo ac

ius decre. parum valet. vel dic qp illa decre. testimonium. intelligitur cum agitur ciuiliter ꝛ de crimine non excepto: ꝛ tunc de iure communi tantum testes emendati de crimine recipiuntur. hoc intelligitur cum agitur de crimine excepto symonie. s. ciuiliter: ꝛ tunc recipiuntur testes viles ꝛ infames cōtra infamatos de equitate: ꝛ non de rigoꝛe: qualis fuit iste abbas cōtra quem tales testes recepti fuerūt de eqtate tantū cū aliis adminicul'. vt h pz. ar. opti. §. de testi. c. vl. Et hoc dixit tan. ꝛ io. laur. contra. vt. §. in notu. cum iam essent. ꝛ cetera. ꝛ istud presertim scōm io. ꝛ tan. ponitur comparatiue. Ian. exponit presertim. i. tātum: ꝛ sic vtraqz decre. remanet in suo loco: ꝛ hoc innuit ista verba. tales contra talem taliter duxim⁹. ꝛ cetera. ꝛ dic tales. s. viles ꝛ criminosos: cōtra talem infamatū ꝛ irregularez. taliter. s. ciuiliter ꝛ de eqtate nō rigoꝛe.

f Admittendos. verba ista sic expone scōm Ian. tales. s. testes emēdatos de crimine furti adulterii: ꝛ consimilium criminum: qui ex charitate testificantur sine aliis adminiculis secunduz Ian. vel si non fūt emendati admittūtur cuz aliis adminiculis: vt dicitur in fine glo. scōz alios. ꝛ respicit distinctionem. §. ver. preterea. ꝛ ver. vtrum ne testes pro altera parte. ꝛ sequentem. ver. de

niqz.

g Ciuiliter. quo casu admittuntur mulieres. §. de testibus. quoniam. ꝛ. c. tam litteris.

b Amoueretur. scōm euangelicam veritatem. §. de accu. qualiter.

i Leuioꝛibus. sic. §. de accusa. qualiter. in fi. quia non ita pinguem ius habēt regulares sicut seculares. arg. §. de statu. mona. cum ad monasteriuz. ar. eo. ti. c. ii in fi. vel, potius qz nō est tantū scandaluz pro remotione regularis sicut seculaꝛis: ꝛ hoc ē de cōsuetudine approbata. vt dicit. l. in fi. c.

k Amoueri. vbi quis remouetur propter fraudem infamis est: secus si propter simplicitatem. ff. de suspec. tuto. l. iii. §. qui ob segnitiē. ꝛ C. eo. tit. l. vlt. nisi sit patronus. insti. de suspec. tutoꝛ. in prin. si vero non exprimatur an per fraudem vel per simplicitatem aliquis amoueatur non est infamis. ff. eo. be enim cause. vincen.

l Cessit. ꝛ ita qui timoꝛe probationis cessit: non habebit aliquod priuilegium arg. xxiiii. di. c. vlt. Sed nunquid iudex debet desistere ab inquisitione propter ipius cessionem. arg. qp nō. ff. de iudi. si quis postea. arg. cōtra. ff. de suspec. tu. l. post finitam. qz nec dolum facit qui rem deserit vt litē effugiat. ff. de alie. mu. iu. causa fac. l. item si res. §. i. ꝛ qui diffidit de iure suo licite cedit liti. §. de postu. prela. bone. ꝛ iam finem inquisitionis consecuti sunt inquisitoꝛes: quare nō debent amplius procedere inquisitoꝛes: nisi vt habeant rataz cessionem. sic. §. de elec. dudum. in fi.

m SIcut tuis. canonicaz. Hic habes expresse qp electio pōt fieri de aliena ecclesia. de hoc no. §. de elec. cum inter canonicos.

n Eld colonien̄sem. Sed quare hoc? nonne capitulum ecclesie cathedralis potuit eius electionem confirmare? ꝛ ei dare licentiam ministrandi. arg. qp nō lxxi. dist. fraternitatem. xxiiii. dist. presbyteri. sed verum est qp vacante ecclesia capituluz potest huiusmodi electiones confirmare. §. de maio. ꝛ obe. cum olim vbi de hoc. sed hoc potest esse de consuetudine metropolis ecclesie: qp ad metropolitanum accedant.

o Anathematis. Arg. qp abbas coꝛfirmatus possit excommunicare: quod verum est ꝛ priꝛ etiam. §. de ma. ꝛ obe. cum in ecclesiis. ꝛ hec fuit sententia excōmunicationis: ꝛ non comminatio: vt sequentia probant: ꝛ sic est argu. qp per talia verba: prohibeo sub interminatione anathematis: sub excommunicatione feratur sententia. arg. ad hoc. §. de locato. c. i. ꝛ. j. de eo qui fur. ordi. rece. Sed dicas qp excommunicatio non fuit facta sub hac forma verboꝝ: sed expresse excommunicauit: qui contra facerent sub hac forma: quicūqz soluerit aliquid illum excommunico: ꝛ ita sub interminatione excommunicationis facte sub conditione lata fuit hec sententia: ꝛ sententia excommunicationis sub cōditione potest ferri: ꝛ qui contra facit est excommunicatus. j. de sentē. excom. a nobis. ꝛ §. de appel. preterea. ꝛ papa refert hic factum per istam formam. vnde si dicatur sub interminatione vel sub pena excommunicationis precipio: non est excommunicatus qui contra facit: ꝛ sic est comminatio tantum: ꝛ hoc probatur. §. de iurepatro. relatum. §. i. ꝛ §. ne cleri. vel mona. clericis. ꝛ sic intellige omnia illa iura. lxiii. distinc. salonitane. ꝛ predictas decret. §. de loca. c. i. ꝛ. j. de eo qui. furt. ordin. rece. c. i. ꝛ alia consimilia. de hoc etiam dicitur. j. de sagit. c. vno. ber.

p Exoluerunt. forte bono zelo: sed non secundum scientiam: ꝛ ita errauerunt. g.

c Emendati. Si enim testis emēdatus est de crimine: admitti debet si ciuiliter agitur: vt hic patet. ꝛ. arg. l. di. qz tua. ꝛ. c. domino sancto. ꝛ hoc verum itellige: si eum ex illo crimine nō cōmitetur ifamia: ꝛ nisi i crimine periurii qui ēt si sit emendatus: nō admittitur. §. de testi. testimonium. sed si criminaliter agitur: non admittitur: etiam si sit emendatus. vt in decre. testimonium. ꝛ. vi. q. i. qui crimen. Item ex hoc videtur qp si testis cui obicitur crimē vt repellatur: si vult ꝓbare se emēdatum qp debeat audiri: cum iam nō sit criminosus. §. de excep. denigz. vbi de hoc. ꝛ. arg. iii. q. vii. qui sine.

d Talem. scilicet regularez inferioꝛis gradus ꝛ male opinionis: qui de facili potest puniri: qualis fuit abbas iste: ꝛ respicit secundā distinctionem. §. ver. item vtrum ipse regularis. ꝛc. pro altera parte tātum.

e Taliter. s. ciuiliter: cum agitur in modum inquisitionis scōm temperantiam equitatis: prout sequitur in littera: ꝛ respicit pmam distinctionem. §. circa prin. ver. vtrum is. ꝛc. Et ita tales testes cōtra talem prelatum admittuntur: cum ciuiliter agitur scōm equitatem: ergo a cōtrario sensu colligitur: qp si agatur criminaliter aut etiam ciuiliter scōm rigoꝛem cōtra regularem ꝛ ifamatum. vt dictum est: nō admittuntur tales testes qui nō sunt emēdati etiam cum aliis adminiculis in crimine excepto ꝛ multo minus si agitur cōtra secularem etiam ciuiliter ꝛ scōm equitatem: qz tunc tales testes nō admittuntur ꝛ sic maius ē priuilegium clericoꝝ qp monachoꝝ: qz in eodem modo agendi alii testes admittunt cōtra clericos: ꝛ alii cōtra monachos. ar. vi. q. i. lege. ꝛ. c. alia ē causa. Et. xciii. di. a subdiacono. Sed. arg. §. ii. q. i. in primis. vbi indistincte dicit nō distinguendo iter regularem ꝛ secularem: sed illud logtur in accusatione: ꝛ sic patet qp si agatur criminaliter cōtra secularem: aut etiaz regularem ifamatam de crimine symonie: siue de crimine excepto: tātum honesti testes admittuntur: ꝛ sufficit si sint emendati: ꝛ hoc de equitate. videtur tamen per decre. grego. qp de iure ꝛ nō de equitate admittendi sunt testes emēdati ēt sine aliis adminiculis: cuz agitur ciuiliter de crimine sine aliqua distinctione §. de testi. testimoniuz. ergo in symonia multo fortius cum sit crimen exceptum: qm̄ in aliis sunt admittendi testes emendati: nisi in periurio: vel nisi eos ifamia cōmitetur: vt ibi dicit: nisi tu velles eaz reducere ad equitatem scōm istam. Sed cōtra potius videtur: vt. s. ipa reducatur ad illam tanqp ad posterioꝛez. ff. de leg. nō est nouum. ꝛ sic non habent locum premisse distinctiones. Ultima pars prime distinctionis tollitur. s. vtrum agatur scōz iuris rigoꝛez. ꝛc. ꝛ sic remanet vtruz agatur criminaliter an ciuiliter: vt si ciuiliter admittunt testes emendati scōm tenoꝛez illius decre. predicte. Scōa distinctio tollitur ex toto. s. vtrum ipe sit regularis: ꝛc. ꝛ illa distinctio que fit circa psonas testium remanet. Ergo hoc remanet inquirēdum: vtrum agitur criminaliter: vel ciuiliter de crimine. Et vtrū testes sint honesti: quibus crimina obici nō possunt: vt illi tantum admittantur: si criminaliter agitur: aut fuerint criminosi ꝛ emendati: vt si agitur de crimine ciuiliter: illi bene admitti possunt scōz decre. predictaz, ꝛ sic difficultas hu

a Canonum.i.q.v.p̄sentium.s̄.eo. de regularibus.t.c.ex iſinuatione.

b Prebere.q2 ſepe qui tacet conſentire videtur.liii.di.ſi ſeruus ſciente.C. de nup.ſi vt ꝓponis.t ſic abbas conſenſiſſe p̄ſumeretur ſi poſtq̄ itellexerit nō cō tradixiſſet:ſicut ecōuerſo videtur cōtradicere qui expreſſe nō cōſentiat.de con ſe.diſt.iiii.cum ꝓ paruulis.ff.de ꝓcu.filiusfamilias.§.inuitus.ff.de ſeruitu. vrb.prę.inuituꝫ.s̄.de bap. ma iores.ver.ſi.arg.ff.de regu.iu. qui tacet.vincen.

c Quoniam.ꝓ ꝙ.ſic econ uerſo q2 ponitur ꝓ ꝙ.iii.q. v.q2 ſuſpecti.

d Cōſanguinitate.s̄. de eta. t qua.tuam.

e Imputari.dixit vicen.q̄ ꝫ itelligitur cum aliquis iam eſt electus:t eo ignorāte:t reclamante datur pecunia confirmatori.ſi autem nonduꝫ eſſet electus:ꝫ eo reclamante dare tur pecunia electoribus obeſſet electo:q2 per pecuniam eligitur: niſi dantes hoc facerēt in odium eius.vt hic.t.s̄.eo. nobis.

f Conſenſeris.naꝫ ſi conſenſiſſet:ſymoniam commiſiſſet: q2 conſentire eſt quandocūqꝫ conſentire t ante t poſt.i.q.i. eos.in fi.t.q.iii.ſi quis prebendas.t.c.ſi quis obiecerit.quia in maleficiis ratihabitio retro trahitur.t mandato comparatur.ff.de vi t vi.ar.l.i.§.quotiens.t.s̄.de reſti.ſpo.cum ad ſedem.in fi.t.ii.q.i.notuꝫ.t ita ſcōm canones poſſuꝫ habere ratum:quod nō meo nomine geſtum eſt.ix.q.ii.lugduñ.t ſecundum leges.ff.de nego.geſ. ſi pupilli.§.iteꝫ queritur. Quidam dicunt:vt tan.q̄ aliquis poteſt habere ratuꝫ: ſed ſymoniam nō cōmittit q̄uis graviter peccet.argu.j.c.ꝓxi.t in hoc q̄ dicit pecuniam ſoluendo:poteſt eſſe argu. q̄ non ſit ſymoniacus per ſolam ratihabitionez.

g Parantis.ſic.ff.ſi quis cau. l.ii.§.vlt.

h Damnoſuꝫ.quod eſſet iniquum:cum peccata tantuꝫ tenere ſuos auctores debeāt.C. de penis.ſancimus.t.s̄. ò his que fi.a ma.par.ca.queſiuit.t nō debuit alius alterius odio prægrauari.ff.de inoffi.teſta. ſi quis ſuo.

i Reportaret. quod eſſe non debet:imo quandoqꝫ punitur in eo in quo deliquit.s̄.de iure pa.paſtoralis.t.s̄.de imu.ec. c.vl.ber.

k De occultis.xxxii.diſt.erubeſcāt.vi.q.i.ſi omnia. t.xxxii q.v.chriſtiana. t.j.c.ꝓxi. ber.

l Dna nos.pactio.i.q.ii.q̄ pio.t.s̄.de pac.c.vltimo.

m Conuentio.t modus etiam.s̄.vt cc.bene.c.vno.b.

n Rogans. Nota q̄ aliquis pōt rogare:vt in canonicum admittat. de huiuſmodi precibus no.s̄.de eta.t quali.tuam.

o Conſentiant.i.ſine aliqua pactione vel mala itentione. Hic enim patet: q̄ eo tempore quo quis recipitur pōt aliquid offerre ceſſante omni conditione t pacto.ſed cōtra videt:q̄ nō liceat tempore receptionis.arg.i.q.i.emēdari.ne quod gratis fieri debet ꝓ precio fieri videatur.t ſic videatur habere ſpeciem mali a qua etiam abſtinendum eſt.j.eodem.audiuimus.s̄.de vita t bone.cleri.cum ab omni.t ē arg.ad hoc.i.q.ii.q̄ pio.in fi.vbi dicitur: ac poſtmodum :t cetera. Sed verum eſt:vt hic dicitur.q̄ tempore ingreſſus pōt dari aliquid t licituꝫ ē: dum tamen ceſſet pactio t conditio:vt hic dr.t.s̄.de ꝓba.in p̄ſentia.t.s̄.de ſuc ceſ.ab inteſta.cū dilectus.t.s̄.eo.dilectus.ii.in fine.nec ideo minus donatio gratuita dr.arg.ff.māda.ſi remunerādi.ar.i.q.i.iudices.xviii.di.de eulogiis.t.ar. ff.de offi.ꝓconſ.ſolēt.§.vlt.t.s̄.eo.dilectus.ii.in fi.alias dare ſiue ante:ſiue poſt ſymonia eſt.i.q.i.eos.in fi.Sed caueat ille qui recipit:t qui dat:ne ſub ſpecie talium munerum fraus cōmittat.i.q.i.ſi gs neqꝫ.t.j.ſequitur.io.

p De manifeſtis.s̄.c.ꝓxi.in ſi.

q Culpabiles.nō dicit ſymoniaci:ad parem tū penaꝫ teneāt: pp itentionez cū opere ſubſecuto.s̄.de biga.nuper.vñ iſti ſymoniaci nō dicūtur quātum ad eccliam:niſi velis dicere q̄ ſola itentio facit hoiem ſymoniacū.ar.i.q.i.g ſtudet.t.c.reperiūt t.i.q.iii.ñ ſolū. ſicut ſola ſpes lucri facit hoiez vſurariū. xiiii q.iii.c.i.t.ar.ifra de vſuris cōſuluit. Dā dicit q̄ ſola pactio facit aliquē ſymoniacū.ar.hui9decre.t s̄.vt cc.bñ.vt nr̄z.io.

r Per tuas. Quorūdā qbus credere ñ debuit.xxxiii di.habuiſſꝫ.ar.lxxxvi.di ſi qd vō. Ar.q̄ illud dicimur ſcire qō ab aliis audiuimus.xxii.q.v.hoc videtur. ber.

s Miniſtret.cuꝫ ñ cōſtet ei illum ſymoniacū eē:alias ſi ſciret illū ſymoniacuꝫ ſtult9 eſſet:q2 ſymoniacus nō bꝫ executionē.vt.s̄.eoꝺ rāta vñ eā dare non pōt. Preterea dixit ioa. q̄ ꝫ gs cōmittat ſymoniam : ñ pdit eo ipo executionez.niſi ſit ſymoniac9 i ordine. Alii dicunt ꝺnū q̄ ois ſymoniacus ipo iure ſuſpenſus ē vt.i.q.i.reperiūt.t.c qbuſdam. Illud vr̄ vez:q̄ ſiue ordinez ſiue bñficiuꝫ adpet9 ē p ſymoniaꝫ:ipedit ordinis executiōem ēt poſt pactā pniaꝫ s̄.de accu.inquiſitiōis ii. Re. Preterea ſi iſte neſcit ꝓ vō illū eē ſymoniacū:q̄re papa nō dicit ei exp̄ſſe q̄ recipiat ordines ab eoꝺ vt auferat ab eo errorē ſuū vr̄ q̄ ei laq̄uz iniiciat: qō eſſe nō ꝺz. xxvii.q.i.c.vl. So.papa ñ ꝺz ei dicere:q̄ recipet ordines ab ipo ſi bꝫ ſup bꝫ cōſciētiā leſaꝫ:nec papa ei9 cōſciaꝫ poſſet mutare:niſi ipe met eaꝫ mutaret:q2 vis aio fieri nō pot xxxii.q.v.§.i.t.c.i.t.ii.vñ dicit papa cōſulēdo poti9 quā p̄cipiendo:vt ꝺ cōſciam nō ꝓmoueatur ab illo epo niſi ꝓmo illā ꝺponat.q2 q facit ꝺ cōſciam edificat ad gehēnam xxviii.q.i.§.ex his. Et.s̄.de reſti.ſpo. liās.t.s̄.de p̄ſcrip.qñ oē. Sed nunqd pōt aliqs recipe ordines ab eo:quē ſcit ſymoniacum in ordine:dico q̄ nō:t recipiēdo ordines ab eo nō recipit executionē:cū ordinator nō hēat executiōez.s̄.eodē tāta t.i.q.i.repiunt.t poti9 ꝺz pati excōicatiōez quā recipe ordines ab ipo j.de ſē.exc.inquiſitiōi.ar. Si vō aliqs ignorāter ēt recipiat ordines a tali ſymoniaco:i ordine ñ recipit executiōez:niſi cū eo diſpēſet.i.q.i.ſi gs a ſymoniacis.t.s̄.de or.ab eo q renū. epiſc.i.t.ii.q2 ſi eā ñ habēt:aliis eam dare ñ poſſunt.i.q.i.c.i.t.c.q pfectionem.t.q.vii.dalbertum.b.

t Natum .criſmate.ſic.s̄.eodē ea q̄.vbi habes ſimilem variatōez nominis. Pro criſmate vero:vel oleo nihil eſt accipiēdum.s̄.eo. nō ſatis.t qui ꝺ fecerit pena canonica punitur. vt hic dicit: que ē pena depoſitionis cum nota infamie.i.q.iii.c.vlt.ber.

u Anticipiant.excogitata fraude de tempore ad tempus.

liter duximus reſpondendum:quia nobis datum eſt de manifeſtis[p] tantummodo iudicare:ſi tamen is qui talem donationem facit:ea intentione ducatur:vt per temporalia bona que offert:ſpiritualia valeat adipiſci:t clerici qui eum in fratrē admittunt:non eſſent eum niſi commoda temporalia perciperent:admiſſuri: ſine dubito tam ille quam iſti apud diſtrictum iudicem qui ſcrutator eſt cordium t cognitor ſecretorum culpabiles[q] iudicantur.

Item priori cantuarieñ.

Per tuas litteras intimaſti:q̄ cum .b. in quadam domo cartuſieñ.ordinis ſuſcepiſſet habitum monachalez:a dioceſano epiſcopo fuit in ſubdiaconū ordinatus ſed poſtmodum didicit ex relatione quorumdaꝫ[r]:q̄ epiſcopus multociens commiſerat vitium ſymonie:ꝓpter quod idem monachus in ſuſcepto formidat ordine miniſtrare:nolens ab eodem epiſcopo ad ſuperiores ordines ꝓmoueri:t infra. Noſ igitur reſpondemus:ut idem in ordine ſic ſuſcepto ſecure miniſtret[s]:ſꝫ contra conſcientiam ad ſuperiores ordines non aſcendat:ne forte edificet ad gehennaz:licet ex eo q̄ conſcientiam nimiſ habuerit ſcrupuloſam:in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus:quam vtiqꝫ non euadet: niſi deponat errorem.

Item cantuarienſi archiepiſcopo

In tantum peccatis exigentibus corda quorumdam ſymoniaca prauitas deprauauit:t infra. Sane peruenit ad audiētiam noſtram:q̄ cum olim quidam ſuffraganei tui pro criſmate[t] certam conſueuerant accipere pecunie quātitatez:non metuētes penam canonicam:t correctionem tuam eludere cupientes:tempus faciende ſolutionis anticipant[u]:recipientes i media quadrageſima :quod recipere cōſueuere poſt paſcha:t ut cauſaꝫ recipiendi diſſimulēt:nomē denariorum

a Variant. talis variatio nominis nō ꝓdest: q̄ quodcunq; nomen ponant symoniam committunt sicut in vsura. xiiii. q. iii. pleriq; sic. n. faciunt vsurarii: nunc appellant lucrum: nūc emolumentum: quādo q̄ penam in fraudem. arg. ff. si cer. pe. lecta est. sic. C. de libe. causa. iubemus. ber.

b Qui prius. emptor enim prius tenetur offerre precium quaz venditor ei rē tradat. ff. de ac. empt. ven. iulianus. §. offerri. sed si neuter habet fidem alteri: precium z res ponatur apud seq̄strum. ff. de solu. si soluturus. io.

c Gratis sit gratia. i. q. i. c. i.

d Culpa. argu. q̄ delictum subditorū imputatur prelato. sic. s̄. de offi. ordi. irrefragabili. vbi de hoc. ber.

e Consuetudinem in talibus enim nō excusat cōsuetudo. Sed potius accusat. s̄. eodem non satis. z. c. cum in eccle sie. q̄ male consuetudines tēpore non confirmātur. i aut. vt nulli iudi. §. i. colla. ix. ber.

f Innestitura. pro qua nihil ē dādum. s̄. eodem. cum in ecclesie. nec ꝓ aliquo sacramēto spiritua li: vt ibi dicitur. nec pastum nec pastellum quis dare debet. i. q. iii. si quis p̄bendas. ber.

g Per tuas. intellexit. propter hoc non excusatur: vt bene sequētia notant: q̄ potuit consulē peritiores. xxxvii. dist. §. vlti. ff. de iuris z facī. igno. l. regula. §. fz iuris. b.

h Dispēsatum. sic j. eodem. c. penult. vbi etiam imponitur pena ordinatori p̄sentatori z p̄sentato: z ita dispensari potest cuz symoniaco in ordine. ar. contra. i. q. i. erga symoniacos. z. c. si qs neqz. sed illa capitula loquuntur in dignitate: z nō negatur quin possit cum talibus dispēsari. sed nulla misericordia est adhibenda in dignitate seruāda quin oporteat eos renunciare: q̄ penitentiam ordine: vel beneficio retento agere nō possunt. i. q. vii. requiritis. z. s̄. de accu. inquisitionis. i. ℞ Quis possit cum talibus dispēsare: dictū est. s̄. eodez. de symoniace. z melius. s̄. de renunc. post trāslationem. de pena istorum dicitur. j. eod. c. penul. z quis cum talibus possit dispensare.

i Ministrare. triplici de causa: tum q̄ fuit hoc munus a lingua. i. q. i. sunt nonnulli. tum q̄ nulla conditio debet interuenire. vt. s̄. eodem tua. z. s̄. de pac. c. vlt. z. i. q. ii. q̄ pio. tum q̄ per sub reptionez voluit ordinem adipisci. ar. xxiiii. dist. quando. z. s̄. de elec. cum dilecti. io.

k Consulere. administrationem. Quod hic dicitur intellige per id quod habes. i. q. iii. saluator. circa medium capituli. vbi habes: q̄ nulla administratio ecclesiastica potest vendi vel emi: prepositura economi: officiū vicedominatus: aduocatia siue castaldionatus: z iudicatura. aut quelibet alia administratio. z. c. si quis episcopus. in p̄n cause.

variant: denarios quos prius cr̄i/ smales secundo paschales dicebant: consuetudinem medie quadragesi me nuncupantes: z infra. Cum ve/ ro expressius exprimat venditionis speciem: qui prius recipit precium quam rem conferat preciosaz: z gra us sit gratia conferenda: mandam⁹ quatenus taliter excessus corrigas supradictos suffraganeos tuos: z of ficiales eorum a tam illicita exactio ne compescens: q̄ aliorum culpa ti bi ob tuam negligentiam non imputetur ad penam. ¶ Prauam illam consuetudinez de tua prouincia studeas abolere: per quam pro eccle/ siarum iuestitura archidiaconi marcham argenti: minores vero decani vaccam albam sibi dari postulant vel certam solui pecunie quantitatē

¶ Item.

Per tuas nobis litteras inti/ masti: q̄ cum. d. lator presentium vellet in subdiaconum ordinari: z certum titulum non haberet: quēdam presbyterum exora/ uit: ut ipsum ad ecclesie sue titulum presentaret: q̄ cum ille facere recu/ saret: ipse illi firmiter repromisit: q̄ nunquaz si presentaret eundem: ī ecclesia sua aliquam peteret portionē z sic ad presentationem eius extitit ordinatus: nec se in hoc egisse aliq̄ illicitum intellexit: z infra. Nos inquisitioni tue taliter respondemus: q̄ nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatuz: nec ad superiores ascēdere: nec in suscepto debet ordie ministrare.'

¶ Item.

Consulere: z infra. Quicunque vicedominatum vel aliam ecclesiasticaz rerū administrationem per pecuniam obtinere uoluerint: tam ementes quam uēdentes cum symone percelluntur: z ab illa ecclesia in cuius contumeliam dare pecuniam z accipere uoluerunt iuste excluduntur.

¶ Item in concilio generali.

l Voluerunt. Arg. q̄ sola voluntas facit hominem symoniacum. i. q. i. qui studet. Sed hoc non credo: q̄ sola voluntas facit hominem symoniacum dūmodo contenta sit suis terminis. j. eodem. c. vlt. lz alias peccet: vt ibi. sed hic non fuit contenta suis finibus: immo processum fuit ad actum. z hoc notatur ꝓ hoc q̄ dicit tam ementes q̄ vendentes: vel ad studia emendi processerunt quātum in eis fuit. vnde tanquā symoniaci iudicandi sunt. i. q. i. q̄ studet. z sic intellige quod dicit. i. si voluerunt.

Sicut pro certo didicimus: in pleriq; locis a pleriq; personis quasi columbas in templo uendentibus fiunt exactiones z extorsiones turpes z praue pro consecrationibus episcoporum: benedictionibus abbatum: z ordinibus clericorum: estq; taxatum quantuz sit isti vel illi: quantumue alteri uel alii persoluendum: z ad cumulū dānationis maioris quidam cupiditatez z prauitatez huiusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore obseruatam. Tantum igitur abolere uolentes abusum cōsuetudinem huiuscemodi: que magis dicenda est corruptela penitus reprobamus: firmiter statuētes: ut pro bis siue conferendis siue collatis nemo aliquid quocūq; pretextu exigere aut extorquere presumat: alioquin z qui receperit z qui dederit huiusmodi precium omnino dānatum: cum giezi z symone condēnetur.

¶ Item in eodem.

Quoniā symōiaca labes adeo pleraq; moniales infecit: ut vix aliquas sine precio recipiant in sorores paupertatis pretextu nolentes huiusmodi uitium palliare: ne id decetero fiat penitus prohibemus: statuentes: ut quecūque decetero talem cōmiserint prauitatē tam recipiētes q̄ recepta siue sit subdita siue prelata sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur in loco artioris regule ad agendum perpetuam penitentiam retrudenda. De his autem que ante hoc synodale statutum taliter sunt recepte ita duximus prouidendum: ut remote de monasteriis que perperam sunt ingresse: in aliis locis eiusdem ordis collocētur: quod si forte propter nimiam multitudinem aliqui nequierint commode collocari: ne dānabiliter in seculo euagentur: recipiātur in eisdem monasteriis dispensatiue de nouo mutatis prioribus lo/

Sicut per consuetudinē. Fingūt enim tales: q̄ in consecratione aliquid licite petitur: non pro consecratiōe: sz pro consuetudine. arg. lxiii. di. q̄ sancta. z. c. agathosa. z. i. q. iii. quesitum. z in aut. de scis episco. §. pro consuetudinibus colla. ix. sed hoc non est verum nec excusat consuetudo in huiusmodi spiritualibus vendēdis: immo magis accusat. s̄. eo. nō satis. z. c. cum in ecclesia vbi talia reprobantur. io

n Giezi z symone. Giezite dicuntur a giezi seruo Eliseī. qui primo in veteri testamento vēdidit gratiam sanitatis naamā principi assyriorum. Unde venditores spiritualium ꝓprie dicuntur giezite. Symoniaci dicuntur a symone mago: qui postea in nouo testamento voluit emere gratiam spiritus sācti. i. q. i. qui studet. z. c. cito turpem.

o Quoniam. paupertatis. pretextu enim paupertatis no debet quis operari peccatum mortale: sed potius quelibet mala pati. xxxii. q. v. itane. z. s̄. de his que vi metuese causa fi. sacrie. nec eo pretextu ignoscendum est illis. ff. de ritu nupt. palam. §. non est. Posset dici q̄ si ita pauperes sunt: q̄ non possunt ibi alias aliquo modo aliquem recipere: quia non haberent ibi victuz: sub hac forma possent recipi: non habemus quid dicamus tibi pro victu nisi tu portes tectum vnde viuas: dum tamen hoc non dicatur ī fraudem z sine aliquo pacto. arg. i. q. ii. si quis propter hoc. ioā. sed tutius est: vt nullo casu taliter aliquis vel aliqua recipiatur.

p Expellatur. videtur intelligendum cum distinctione illius decre. s̄. eodem dilectus. vt si directe actum sit contra tales in modum accusationis q̄ deponatur. si in modum inquisitionis fiat q̄ hic dicitur: sic distinguit illa decret. dilectus. Item. arg. contra. s̄. de accusa. inquisitionis. vbi deponitur symoniacus in modum inquisitionis. Credo q̄ hodie standum sit huic constitutioni circa regulares symoniacos: vt pena ista solummodo imponatur qualitercunq; constet de crimine: vt in artiori monasterio ad agendum perpetuam penitentiam detrudatur sine ordinis sui executione: cum alias penitentiam agere non possunt. i. q. vii. requiritis. argu. s̄. de accu. inquisitionis. z satis intelliguntur depositi. nā extra claustrum morari non debent: ne damnabiliter euagentur. vt. j. dicitur. z arg. s̄. de regulari. z transeum. c. vlt. Sed nunquid restituitur ei pecunia? potest dici q̄ sic. s̄. eo. veniens. de hoc dictum est. s̄. eo. de hoc. quid si non inueniuntur artiora monasteria: nihilominus mutabunt ea. ar. lxxxi. dist. valet. vel si visum fuerit renunciebunt locis suis. Et denuo restituētur in illis dispēsatiue. ꝓut infra de aliis qui ante statutum sunt recepti: vt perpetuam penitententiam ibi agant.

q Perpetuam. sic. i. q. i. reperiuntur. z. c. si quis neqz. sic heretici cū redierint ad agendam penitentiam in perpetuum carcerem detruduntur. j. de hereti. c. penq. z symonia dī heresis. vi. q. i. sed lz. ber.

r Multitudinem. vt propter hoc detrabatur seueritati. sic. j. de cler. excōi. mi

latores.ꝛ.s.de tempo.ordi.c.ii.ber.

a Vel ignorantiam.sic.s.de loca.c.i.sic.lxxxii.dist.proposuisti.

b Audiuimus.persoluatur. Nunquid talis dicitur symoniacus qui sic soluit pecuniam? videtur ꝙ nō:qz redimit ius suum.vt.s.eo. dilectus.vbi plene de hoc.sicut licitum est alicui corrumpere accusatorem suum vt.ii.q.iii.§. notandum.io.

c Specie.arg.i.q.i.emendari.ꝛ.s. de vita ꝛ bone.cleri.cū ab omni.

d Duplicata.sic.s. de censi. procurationes.in fine.ꝛ.s. de immu.ec.qz plerigz. ꝛ in aut. de sanc.epis. in scōa columna §.si vero laicus.colla.ix.ber.

e Ad apostolicam. pietatis pretextu pietatis non est impietas cōmittenda .i.q.i.ſi est putāda.ꝛ.xiiii.q.v.neqz.n. si agris.ꝛ.xxx.q.i. uosse.

f Conferantur. sacramenta enim ecclesiastica gratis sine alia exactione sunt conferenda.s.eodem cum in ecclesie.ꝛ c.ea que.

g Laudabilem.ergo laudabilis cōsuetudo seruanda est: cuius transgressor vt iuris punitur.xi.dist.in his.ꝛ videtur ex hac lra ꝙ clerici lz nil petere possint ꝓ talibus sacramētis si cōsuetudo laudabilis super his seruari consuenit: ꝙ per superiorem cogi possunt officio iudicis implorato ad illam seruandam que ex pietate introducta est.vel potest itel ligi quod hic dicit vt io. dixit ꝙ laici abutuntur consuetudinibus:que illis pietatis causa permisse sunt:vt cum permittitur eis presentare clericum: ipi volunt eum instituere. vel cum ipi requiruntur vt cōsentiant:ipi volunt eligere. de qbus habes.s.de iurepa.c. preterea. ꝛ in pluribus aliis : qō non credo:sed vt prius dictuz est.ber.

h Ne dei. Casus. Abbates cisterti.ordinis cōsueuerant dare archidi.palafrenuz in sua installatōne: vel aliquod equipollens quod hic prohibuit honorius abbatibus cistertien.ne decetero taliter installentur:sed obedientiam faciant suis epis:prout dicitur i littera.

i Solēnitates.installare abbates ꝛ abbatissas in sede ponere pertinet ad officium archidi.s.de of.archi.c.vt nostrum.ꝛ talis installationis solemnitas nō requiritur in abbatibus ordinis cistertien. vt hic patet.

k Professionis. qz profitentur se prestaturos suis episcopis subiectionez ꝛ cetera que sequūtur.sic archiepiscopi debent esse contenti forma professionis a canonibus constituta.s.de ma.ꝛ obe.di lecti.qua ꝛ papa contentus est.vt ibi dicitur.

l Successoribus.ꝛ ita postꝙ fecit obedientiam predecessoribus: amplius facere successoribus compelli non debet. vt.s.de iureiur.an.veritatis.ꝛ idem i vasallo.vt ibi dicitur.

m Canonice.alias non teneretur:puta si esset intrusus sine consensu clericoz xii.q.ii.alienationes.ber.

n Ordine.nam contra regulam obedire non tenent: vt hic dicitur in his que contra regulam vel que illicita sunt:nullus obedire tenetur.xi.q.iii.si quis episcopus.non semper si dōs iulianus.sed bonum quod agitur qnqz propter obedientiam itermittitur.xi.q.iii.quid ergo.ꝛ est simile huic loco.s.de iureiur.ego enim.ber.

o Iacobus.tali consuetudine:que non excusat.sic.s. eodem. veniens. immo potius symoniam inducit:quia pro statu vel pastello exigi aliquid nō debet pro huiusmodi spiritualibus.s.eodem.c.i.ꝛ.i.q.iii.si quis prebendas.non obstante aliqua consuetudine.vt ibi.ꝛ.s.eo.in pluribus capitulis ber.

p Si quis .iuramentuz.pactum tale siue iuramentum turpe est.ꝛ ideo nullam obligationem inducit.s.de pac.c.vl.ꝛ.ff.de ver.ob.

cis:ꝛ iferioribꝰ assignatis. Hoc etiam circa monachos vel alios regulares decernimus obseruandum. Verum ne per simplicitatē uel ignorantiamᵃ se valeant excusare:precipimus:vt diocesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioc. publicari.

Idem in eodem.

Audiuimus de quibusdā epis copis:ꝙ decedentibus ec clesiarum rectoribus ipsas interdicto subiicunt:nec patiunt alios in eisdem institui donec ipsis certa summa pecunie persoluat. Preterea cum miles aut clericus domū religionis ingreditur:vel apud religiosos eligit sepulturā:et si nihil loco religioso reliquerit:difficultates ingerunt ꝛ malicias:donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non solum a malo sz ab omni specie mali fit secundum apostolum abstinendum:exactōnes buiusmodi penitus inhibem:ꝙ siqs transgressor extiterit:exacta duplicata restituat in vtilitatem locorum:i quorum fuerint soluta dispendiuz fideliter conuertenda.

Idem in eodem.

Ad apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit ꝙ quidam clerici pro exequiis mortuorum ꝛ benedictiōibus nubentium:ꝛ similibus pecuniam exigunt ꝛ extorquent:ꝛ si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum:impedimenta ficticia fraudulenter opponunt. Econtra vero quidam laici laudabilez consuetudinē erga sanctam ecclesiam pia deuotione fidelium introductam ex fermento bereti ce prauitatis nituntur infringere sub ptextu canōice pietatis. Quapropter super bis prauas exactiones fieri prohibemus:ꝛ pias consuetudines precipimus obseruari: statuentes:ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta:sed per episcopuz loci veritate cognita compescantur:q maliciose nituntur laudabilem consuetudinem imutare.

Honorius tertius vniuersis abbatibus ꝛ fratribus cister. ordinis.

